¶Que cum primitus bizantium vocaretur auxit et maximo eam muro circundedit. Et diuerſis ornatam fabricis equaꝫ imperiali rome conſtituit. Et denominatam. Conſtantinopolim appellari fecundam romam lege firmauit ſicuti lex ipſa in marmorea platona noſcitur eſſe cōſcripta/ et in Strategio iuxta equeſtreꝫ ſtatua eius eſt conſtituta. In hac quoꝙ ciuitate duas quidem edificauit eccleſias quarum vnam nominauit hirenen: aliam vero appellauit apoſtolorū. Nō ſolum autem ſicut dixi auxit Conſtantinus chriſtianorum dogmata D ſꝫ etiam paganorum templa deſtruxit. Simulachra namꝙ ornata publice in conſtantinopolitana vrbe propoſuit Et tripodas delphicos in circo ad ſpectaculum dedit. Que cū ipſo videantur a ſpe-

ctu ſuperfluere feruntur.

¶Socrates.

¶Interea mater E imperatoris helena cuius cognomine vicū drepani princeps ciuitatis dicauit helinopolim ammonita per ſomnum ad hieroſolimam properauit:et quondam hieruſalem deſertam ſicut pomorum cuſtodiarum inueniēs requiſiuit ſepulchrum chriſti. Quod licet difficillime tamen inuenit. Itaqꝫ repente templum illud ſceleſtiſſimum deici iuſſit. Et palam facto domini monumento apparuerūt circa eum ſuffoſſe tres cruces et claui ſimul et titulus literis hebraicis grecis latiniſqꝫ cōſcriptus. Ieſus nazarenus rex iudeorū. ¶Sozomenus. Dicitur F autem q2 iam mortuus crucis tactu ſurrexit. De hoc ligno ſibilla dixit apud paganos O ter beatum lignum in quo deus extenſus eſt. Tunc ergo que crux eſſet domini que latronum dubitare ceperunt. Proinde machurius ciuitatis preſul huiuſmodi tractatu dubitationem ſoluit. Mulieri namqꝫ nobilitate clare lōga egritudine fatigate:vnam illarum crucium cum oratiōe promptiſſima adhibens virtutem ſaluatoris agnouit. Mox enim vt mulierem crux attigit paſſionem ſeuiſſime egritudinis effugauit et femine ſalutem reſtituit. ¶Theodericus. Sic itaqꝫ G mater imperatoris quod cupiebat agnoſcens de clauis quidem quibus manus chriſti fuerunt perforate alios in galea miſit imperatoris filij capitis prouidentiam gerens. vt iacula bellica ſubmouerent. Alios freno equino permiſcuit: et cautelam imperatoris agens et veterē prophetiam adimplens. Olim enim zacharias clamauerat propheta dicens. Et erit quod in freno eſt ſanctum domino omnipotenti. Salutaris vero crucis partem quidem aliquam regalibus diſtribuit. ¶Socrates. ¶Quam conſtantinus ſuſcipiens et credens H ſaluatori ciuitatem vbi hec particula ſeruaretur in ſua ſtatua ſicut fertur in foro conſtantini poſita ſuper columnam porphireticam deuote condit. ¶Theodo. ¶Reliquam vero partem in I argētea theca clauſam ciuitatis tradidit ſacerdoti. Et vndiqꝫ congregans artifices maximas illic ornataſqꝫ edificauit eccleſias. His itaqꝫ geſtis conuiuio exhibito virginibus ſacris et ipſa miſterium ancille gerens vltra octogeſimum annum etatis agens et his ſimilia faciens redit ad filium. Et cum leticia tranſiuit e ſeculo multa filio pietatis mandata committens nouiſſimis benedictionibus adimpleto. ¶Socrates. ¶Poſt hec imperator igitur K coram maximam chriſtianorum habens paganorum ſuperſtitiones auerſabatur. Remouitqꝫ monachias et ſuas imagines in templis poni precepit et cubitum quo menſuratur nilus non iam in templum ſerapidis annis ſingulis ſed in eccleſias portari ſanciuit. ¶Sozomenus. L. ¶In omnibus itaqꝫ volens ſimilem monſtrare rome cōſtantinopolim fruſtratus nō eſt. Nam et corporibus et diuitijs maior effecta eſt. Quod ideo peueniſſe credo propter amorem dei: quem ciuitas gerit et habitatorum circa indigentes auxilium. Intantum namqꝫ fides creuit vt multi quidem iudeorum ciuium pagani vero pene omnes chriſtianam illic conuerterentur ad fidem. In qua vrbe creſcente quo tempore religio noſcitur ampliata. Nam neqꝫ are neqꝫ pagana templa: aut ſacrificia facta ſunt niſi ſub iuliano in breui tempore. quod mox probatur extinctum. Hanc igitur tanqꝫ nuper conditam xpi ciuitatem. Cōſtantinus ſuo nomine dedicauit multis eam et magnis exornans eccleſijs. Iuuabatqꝫ diuinitas imperatoris vota et apparitionibus multis indicabatur quia ſancte ſalutareſqꝫ eſſent que illic edificabantur eccleſie.

¶Capitulum. xix. A

Inſignis itaqꝫ locus ex illo tpe claruit peregrinis et vrbicis vbi olim quidem veſta colebatꝰ poſtea vero eccleſia facta eſt. Qui locꝰ nunc michaelū nuncupatꝰ: i dextera poſitꝰ parte nauigantiū a pōto ad cōſtātinopolim diſtās ab ea nauigio q̄dē ſtadijs fere triginta et quinqꝫ. Per terrā vero circuieuētibus omnem ſinum vſqꝫ ad ſeptuaginta

et amplius tenditur. Sortitus eſt igitur
is locus appellationem nunc uſqꝫ ſerua
tam eo ꝙ illic manifeſte cernitur appare
re michael archangelus quod etiā ego
intus eximie verum eſſe confirmo. Oſtē
dit igitur hoc ita etiam multis alijs vir
tus diuina per ipſarum rerum experi-
menta. Quidam enim in cauſis crude-
libus aut ineuitabilibus periculis aliū
vero in languoribus aut ignotis paſſio-
nibus incidētes hic orantes ad deum li
berari promeruerunt. ſed que ſingula quō
illic miracula contigerint narrare longū
eſt. Que vero prouenerint aquilino no-
bis noto ⁊ in cauſis forenſibus ſocio par
tim ab eo audiens: partim ipſe cogno-
ſcens neceſſario pandam. Cum eum ar
dentiſſima febris rubeis coleribus mota
comprehendiſſet: eſtuanti poculum de-
derunt medici quod euomuit: moxqꝫ cū
vomitu diffuſa colera ſuperficiem vult⁹
eius ſimili ſui colore tinxerunt. Quam-
obrē quicquid comederet ⁊ biberet euo
mebat. Cumqꝫ hoc diu pateret: nec eſca
ad nutrimenta proficeret heſitabat ars
medicorum: ⁊ dum morti vicin⁹ eſſet iuſ
ſit ſuos vt eum ad locum hunc ducerent
credens aut illic ſe mori aut lāguore pri
uari. Iacentiqꝫ per noctē diuina virtus
apparens: precepit vt quicquid comede
ret in huiuſmodi potionem tingeret que
eſſet ex pipere et vino et melle confecta.
Quo facto ab egritudine liberatus eſt.
Quippe cum medicus ratione medicine
videatur eſſe contrarium calida pocula
colericis exhibere. ¶ Audiui enim ⁊ pro
bianum vi rum in palatio haben
tem militiam medicorum crudeli poda-
gre paſſione detentum ibi doloribus li-
beratum eiꝫ apparuiſſe ſanctam mira-
biliter viſionem. Cum enim dudum pa
ganus eſſet factus poſtea chriſtian⁹: ali
quatenus dogma ſequebatur. Totius
vero ſalutis cauſam ideſt ſacratiſſimam
crucem nolebat adorare. Hanc habenti
ſententiam diuina virtus apparens ſi-
gnum monſtrauit crucis quod erat poſi
tū in altario eius eccleſie. Et aperte pa
lam fecit quia ex que crucifixus eſt chri
ſtus omnia quo ad vtilitatē humani ge
neris facta ſunt quolibet modo preter
virtutem adorante crucis geſta non eſ-
ſent neqꝫ ab angelis ſanctis neqꝫ a pijs
hominibus.

¶ Capitulum vigeſimum.

Cum itaqꝫ po
puli et ciuitates ad cultū
chriſtianitatis accederēt:
et ceteri pro filijs ⁊ vxori-
bus metuētes ne quid ma
li paterentur ſi contradicerent: quieti va
carent: nudati ſolatio multitudinis tem
plorum cultores et ſacerdotes et ſimula
chra apud ſe repoſita pretioſiſſima tra-
diderunt: et que iouis fulmina vocaban
tur et per ſemetipſos hec educebant ex
aditis et templorum latentibus locis
queqꝫ prius inuiſibilia apud ceteros
erant / et ſolis ſacerdotibus manifeſta
facta ſunt omnibus valde viliſſima.
Alie vero imagines: et ſtatue ex pretio-
ſa confecte materia: igne cremate ſunt
et pecunie publice ſociate. Que vero ex
ere mirabiliter facta videbantur: ad cō-
ſtantinopolim ſunt aduecta ornatue cau
ſa et hactenus in publico collocata ⁊ per
plateas et in circo atqꝫ regalibus: ideſt
phycij diuinatoris appollinis et muſe
helliconides et delphici tripodes. Spo
liataqꝫ ſunt ianuis templa ⁊ alia laque-
aribus ſunt nudata: alia vero neglecta
ad ſordes vſqꝫ: ad ruinamqꝫ perducta
ſunt. Tunc itaqꝫ perierunt et penitus
ſunt euerſa: id eſt in egeas cilicie tem-
plum Aſclepij et in Aphicis iuxta mon-
tem libanum: et adonem fluuium: vene-
ris domus: vtraqꝫ apud illos inſignia:
eo quod egeate gloriarentur quaſi lan-
guentes corpore curarentur apud eos
demone noctibus apparente atqꝫ curan
te. In aphicis autem quia per inuoca-
tionem quandam certo die de ſummita
te libani montis ignis fulgens veluti ſy
dus in proximum flumen velociter oc-
cumbebat quod dicebant venerem eſſe.

¶ Sozomenus.

¶ Capitulum. xxi.

Interea cū mul-
titudo nimia gentium migado
rum ex trachia tranſiſſet in

aſiam:⁊ alij aliūde barbari hoc egiſſent contra romanos: multi ſacerdotum chꝛiſti captiuati cum eis erant. Cumq́ʒ languētes curarent ⁊ demones effugarent: chꝛiſtū ſolūmodo nominantes ⁊ filiū inuocantes dei: inſuper et cōuerſationem philoſophantes inculpabilem et omneꝫ maculam virtutibus euincētes ammirati barbari viroꝛum vitam ⁊ opera ſimul egregia bene ſe ſapere crediderūt ⁊ deū habere ꝓpitiū ſi melioꝛes imitarentur homines et ſicut ipſi placarent deuꝫ. Et conſtituentes ſibimet ex eis bene agendi preceptoꝛes edocebantur et baptizabantur et conſequenter in eccleſias occurrebant.

Theoderi. Capitulū.xxvj.

Autoꝛes igitur arrij nequiſſima non relinquere concilia. Huius em̄ cauſa in confeſſione fidei etiam manibus conſenſerunt qui poſtea imitati ſūt geſta lupoꝝ. Nam cuꝫ ſanctiſſimus alexander q̄ ſuis oꝛationibꝰ arrium fuerat iaculatus: ideſt bizantij pontifex ſic em̄ tunc vocabat. Conſtātinopolis ad melioꝛē tranſlatus fuiſſet vitam: euſebius defenſoꝛ impietatis paruipēdens regulas quas ante paululum cū alijs pontificibus ipſe conſcripſerat: repente nicomediā deſerens conſtantinopolitanā arripuit ſedē: regulis e diuerſo clamitātibus epiſcopos ⁊ preſbyteros nō licere ex alia trāſire ad aliā ciuitatem. Sed mirum non eſt vt qui ſic inſaniunt aduerſus vnigeniti deitatem licēter etiam alias trāſgrediātur leges. Non em̄ tunc ſolūmodo hāc nouitatem fecit ſed etiā olim aliud ſimile perpetrauit. Qui dū in berito eſſet ep̄s tranſiliuit in nicomediā: ⁊ ex ea denuo poſt cōciliuꝫ inſania aperte impietatis exactus eſt: ⁊ cū eo theognīꝰ nicenꝰ. Qđ imperatoꝛ cōſtantinus literis manifeſtū fecit. Ego vero huic operi finē epiſtole inſerere iudicaui. Scripſit enim hec nicomedienſibꝰ.

Quis eſt qui hec ita populū docuit innocentem? Euſebius vtiq́ʒ tyrānice crudelitatis excultoꝛ. Quia enim vbiq́ʒ tyranni noſcitur eſſe cliens ex multis rebꝰ apparet. Hoc namq́ʒ veracium epiſcopoꝛum teſtatur interitus: hoc etiā chꝛiſtianoꝛū crudeliſſima ꝑſecutio clamat aperte. Nihil em̄ de iniurijs mihi factis nūc aio per quas qn̄ maxime aduerſarū partium inſidie diſcurrebāt: iſte etiam oculos ꝯtra me habebat intētos. Cui hoc de fuit ſolum ꝙ non et armatū miniſteriuꝫ tyꝛanno licēter exhibuit. Neq́ʒ me quiſpiam putet ad hoꝝ pꝛobationem minus inſtructū. Judicium nāq́ʒ manifeſtuꝫ eſt quia pꝛeſbyteros et dyaconos ſequētes euſebium aperte conſtat a me depꝛehenſos. Sed hec quidem tranſeo que nunc non indignationis gratia: ſed ad illoꝛuꝫ cōfuſioneꝫ a me pꝛolata noſcuntur. Hoc ſolū foꝛmido: hoc cogito quia nos ad cōmunionem criminis vocari cōſpicio. Propter euſebij namq́ʒ ſeductionem ⁊ ſubuerſionem cōſcientiā percepiſtis, a veritate ſeparatam. Sed erit huius rei nō tarda ſalubꝛitas: ſi ep̄m fidelem et integrum nunc ſumentes reſpiciatur ad deum. Qđ vtiq́ʒ ad pꝛeſens in vobis eſt ſtudium dudum opoꝛtuerat in veſtro pendere iudicio: niſi pꝛedictus euſebius peſſima conſcioꝛum ſuoꝛum tuitione veniſſet hic ⁊ oꝛdinē rectitudinis impudētiſſime confudiſſet. Sꝫ qm̄ de memoꝛato euſebio apđ veſtrā caritatem nos bꝛeuiter loqui decet audite. Meminit veſtra patientia factuꝫ in nicea ciuitate conciliū. Cui ⁊ ego ipſe conſcientie mee cultum decēter exhibui/nihil aliud volens q̄ʒ concoꝛdiam oībus fabꝛicari: et pꝛecunctis arguere et remouere hanc cauſam q̄ pꝛincipiū quidem habuit per arrij alexandrini ſuperbiam coꝛroboꝛata vero per euſebij prauum peſtiferūq́ʒ votū. Sed ip̄e euſebius o amabiles atq́ʒ cariſſimi cū quanta prauitatis diſcuſſiōe quippe cōſcientia ſua victus/cū quanta cōfuſione mendacio vndiq́ʒ declarato degebat. Immittens quidem mihi diuerſos qui pꝛo eo depoſcerent. Petens vero a me quoddaꝫ ſolatiū ne tanto malo cōuictus ſuo honoꝛe priuaretur. Teſtis eſt mihi dn̄s huiꝰ rei qui et in me ⁊ in vobis benigno amoꝛe conſiſtat. Nam etiā me illi diuertit ⁊ indecenter arripuit qđ vos quoq́ʒ noſtis. Tunc enim oīa geſta ſunt ſicut ipſe deſidera-

bat: quia omne malum in ſua conſciētia recondebat. Sed vt cetera peruerſitatis ei⁹ omittā quid maxime cū theognio nequitie ſue participe egerit audite depoſco. Alexādrinos quoſdā a noſtra fide recedentes hic deſtinari preceperā: qꝛ horum miniſterio mentis flamma vigebat. Sed iſti benigni ⁊ optimi nimis epiſcopi quos ſimul concilij veritas ad penitētiam reſeruabat nō ſolū receperūt eos ⁊ apud ſe ſeruauerūt: ſꝫ etiā malis eoꝝ voluntatib⁹ cōicare decreuerūt. Quapropter hoc circa iſtos igratos decreui peragere vt abrepti procul deportarentur exilio. Nunc itaqꝫ veſtrum eſt ad deū illa fide reſpicere qua ſemper et fieri conuenit et eſſe decet ⁊ agere. Epos em̄ purificatos et orthodoxos atqꝫ clementes nos gaudeamus habere. Si quis autē ad memoriam illoꝝ peſtilentiū aut ad laudē improuide preſumit forſitan excitari repēte in ſua pſumptiōe miniſtri dei hoc eſt in eo opere cōprimetur. Dñs vos cuſtodiat fratres cariſſimi.

¶ Theodoricus. Capitulum. xxiij.

HUncigit̄ iſti ⁊ dānati ⁊ ciuitatib⁹ ſunt expulſi. Et i comedia quidem appion eṗs ordinat⁹ eſt in nicea autē xp̄s. Sed rurſus cōſuetas machinationes exercentes ⁊ imperatoris clementiā acceſſibilē ſuis fallacijs inuenientes/reſtituti ſunt prioreqꝫ potentiā receperunt. Euſebius etenim ſicuti iam dixi etiā cōſtantinopolitanū tenuit tyrannice preſulatū et potiorem percepit preſumptionem frequēter ad imperatorem veniēs et fiduciam ex crebra collocutione mercatus contra veritatis ꝓpugnatores ſeuas contētiones inſtituit. Et primū quidē cupere ſe hieroſolymoꝝ loca profeſſus eſt: ⁊ imperatorem tanqꝫ famoſiſſimuꝫ viſurus edificationis opus prouida cogitatione captauit. Quapropter cum multo honore dimiſſus eſt imperatore vehicula ⁊ alia ei diſtribuente ſolatia. Profectus igitur eſt cuꝫ eo theoginus nicenus particeps malignorum conſiliorum eius ſicuti iaꝫ diximus.

¶ Capitulum. xxiiij.

VEniētes em̄ in anthiochia ⁊ amicinarum induti vultū maxima mulctatiōe potiti ſūt. Veritatis ꝓpugnator magn⁹ Euſtacius: largam ei hoſpitalitatē fraternitatis exhibuit. Cumqꝫ ad ſacratiſſima loca perueniſſent et concordes vidiſſent ſuos: hoc eſt euſebium ceſarienſis ſcytopolitani patrofilum et etiā liddelaodicie theodotum et alios qui lepram arrij ſuſceperunt nūtiauerunt eis qđ cogitauerant ⁊ cū eis venerunt ad anthiochiam. Et ſchema quidēꝫ ſub honore permittebatur aduētus eorū: quod vero propinabatur erat pietatis bellū. Mulierem namqꝫ proſtantem mercede negotiantes et linguā eius ſibi impendi perſuadentes ad conſilium venerunt. Proinde alios oēs foras ire precipiētes tūc miſerrimā introduxere mulierem. At illa infantulum ſub mānilla demonſtrās aiebat ex cōcubitu Euſtachij illū ſe et cōcepiſſe et generaſſe: cumqꝫ clamabat ſepius impudentē. Is autē qui calumnie eius tam manifeſte conſcius erat iuſſit vt hanc rem ſi qui ſcirent deducerentur ad medium. Illa vero dicente nullum ſe habere accuſationis teſtem iuſiurandū ei iuſtiſſimi iudices intulerunt lege ſcilicet aperte clamante. In duobus aut tribus teſtibus credi eſſe veracia q̄ dicunt. Necnon et apoſtolo precipiente vt nullus aduerſus preſbyterū inſcriptionē ſuſcipiat extra duos aut tres teſtes accipiat. Sed iſti ſacras contēnētes leges cōtra talem viruꝫ accuſationē ſine teſtimonio receperunt. Cum ergo illa mulier ꝓbuiſſet adiecit affirmās qꝛ ille infans ex concubitu eſſet euſtachij. Tūc itaqꝫ tāqꝫ aduerſus adulterum iſti amatores veritatis ꝓtulere decretum. Alij quippe de pōtificibus cum vtiqꝫ multi adeſſent ⁊ proaptiſcis dogmatib⁹ repugnarēt ⁊ omnimodis que fuerant cōtinuata neſcirent aperte reclamantib⁹ ⁊ magnū euſtachiū collaudantib⁹ decretūqꝫ illoꝝ iniquū ſuſcipi ꝓhibentib⁹. Hoc itaqꝫ facto velociter hui⁹ note ꝯtinuato res ad imperatorem ꝓfecti ſunt eiqꝫ perſuaſerūt qꝛ vera

fuiſſet inſcriptio et depoſitiõis euſtachij iuſta ſententia quẽ tanq̃ adulteruꝫ atq̃ tyrannũ expelli fecerũt exercitatorẽ pietatis ſimulꝫ caſtitatis egregiũ: ⁊ ille quidem per tracias ad illirici deductus eſt ciuitatẽ. Iſti vero ꝓprius quidẽ pro eo ordinauerũt eulaliũ. Quo tꝑe pauco viuẽte euſebium paleſtinenſem illic migrare voluerũt. Eo q fugiente mutationẽ et ſimul imperatore prohibẽte fecerũt eufronium. Quo etiã anno ⁊ paucis mẽſibus in eꝑatu defuncto factio illius eccleſie tradidere pontificatũ. Iſti vero oẽs peſtem arrij habuere celatam. Propterea namq̃ multi pie viuentiũ ⁊ ſacerdotũ et reliq̃ꝫ eccleſiaſtica relinquẽtes collegia apđ ſemetipſos cõueniebant. Quos vniuerſi euſtachianos appellabant/q: poſt egreſſum illiꝰ ſeorſuꝫ cõgregabant. Porro mulier illa miſeram paſſionem crudeliſſimi languoris incurrẽs: manifeſtauit inſidias. Et illaꝫ traguedie cõpoſitionẽ pariter enudauit: nõ duobus vel tribus ſed multis valde ſacerdotibus que concinata videbantur inſinuans. Ait eñ ꝓ pecunijs illã ſe facere preſumpſiſſe colũnam. Iuſiurãdũ tñ nõ omnino fuiſſe falſum q: ille infans de quo iurauerat filiꝰ erat cuiuſdã euſtachij noĩe fabri ferrarij.

Socrates. Capitulum. xxv.

Tanc igitur in anthiochia grauis ſeditio in euſtachij depoſitione ſurrexit: ⁊ poſtea đ ep̃atus electione tãtus ignis accẽſus eſt vt pene ciuitas vniuerſa deperiret populo in duas partes diſſidẽte. Et alijs quidẽ euſebiũ paleſtine trãſferri cõtendentibus in anthiochiã: alijs ſtudentibꝰ vt reuerteretur euſtachius. Erat eñ in vtraq̃ parte et populus ciuitatis ⁊ militaris manus: ⁊ tanq̃ aduerſus hoſtes cuncti mouebantur vt pene vſq̃ ad gladios peruenirẽt niſi deus ⁊ timor pricipis cohiberet. Nã iperator ſuis ep̃lis ſeditionẽ cõpeſcuit. Euſebius aũt paleſtine repudiauit qđ ammiratus imperator ſcripſit ei ꝓpoſitũ laudans eũq̃ btm vocãs ⁊ q: nõ vniꝰ ciuitatis ſꝫ totiꝰ orbis potiꝰ digne decerneret ep̃s. De cetero autem per annos octo dicitur anthiochene eccleſie vacaſſe ſedem. Tandem vero ſtudio inimicorum nicene fidei ordinatꝰ eufronius. His igitur in hoc volumine rite contextis tempus eſt vt ſequentis libri ordiamur initium.

Hyſtorie eccleſiaſtice liber ſcḋs explicit.

Incipit liber tertius.

Incipiunt tituli libri tertij.

i De conuerſione gentis indorũ atq̃ perſarum.
ij Quõ iudei xp̃ianos accuſauerit apud perſas q̃ vel quãti vel qbꝰ modis paſſi ſunt apud perſas.
iij Ep̃la cõſtantini apud perſarum regem pro xp̃ianis.
iiij De alexandri põtificis alexãdrini fine ⁊ initio ꝑſulis athanaſij.
v Que cõtra athanaſiuꝫ geſta ſint ⁊ quõ refugit ad principem.
vj Quõ ſit arrius ab exilio reuocatus ⁊ qualẽ libellũ dederit cõſtãtino et de fraudibus arrianorũ.
vij Epiſtola conſtantini euocantis epiſcopos vt athanaſij cauſas ipſe cognoſceret.
viij Quia venientes ep̃i arrio fauentes athanaſio detraxerũt ita vt exilio mitteretur.
ix Quõ marcellus anciranus depoſitus ſit ⁊ aſterio ſophiſta.
x Quõ arrius dũ ſtudet ab alexandro conſtantinopoleos in cõmunione ſuſcipi ſit extinctus.
xj Quia pꝛꝰ arriani cũ ortodoxis cõueniebãt atq̃ cõmunicabant ⁊ de lege cõſtantini qui iuſſit hereticorum oratoria eccleſias appellari.
Quõ ⁊ vbi conſtantinus imperatores tres filios ſuos ordinauit et percepta baptiſmate ſit defunctus.

Sozomenus. Capitulum. j.

In temporibꝰ religioſi principis conſtãtini et indorum gentes et et hiberorum chriſtiani dogmatis rudimenta ſuſceperunt. Sed etiam armenios tũc primum audiuit chriſtianos effectos. Aiunt

enim tyridatem regem tunc gẽtis illius ex quodam mirabili ſigno dei quod circa eius domum euenit chriſtianum fuiſſe factum: et omnes ſimul eius ditioni ſubiectos vna preceptione iuſſiſſe: vt ſimiliter deo colla ſubmitterent. Unde et apud ceteros confines chriſtianum dogma tranſiuit et multitudine dilatatum eſt. Apud per B ſas autem initiũ chriſtianitatis eſtimo celebratum. Dum quidam eorum occaſione commercij ad aſtromos et armenios venientes vt aſſolet ſanctis illis colloquerentur viris et eorum virtutes experirentur.

¶ Capitulum ſecundum.

Umq̃ tẽpore procedente creſcerent et eccleſias et ſacerdotes pariter ceteroſq̃ miniſtros habere ceperunt. Hoc autem factum non mediocriter cõtriſtabat magos: qui religionem perſarum veluti quadam ſacerdotalis tribus per ſucceſſionem generis ab initio commiſſam habere noſcuntur. Afficiebat eñ etiam iudeos naturaliter quodammodo chriſtiani dogmatis inimicos A

Quapropter accuſauerunt apud Saporem tunc regem ſymeonem archiepiſcopum ſeleucie et theſifontis ciuitatum in perſida regalium tanq̃ amicus: eſſet ceſari romanorum eiq̃ perſarum negotia depalaret. Credens autẽ derogantibus his ſapor: primũ quidem tributis immẽſis chriſtianos afficiebat eo q̃ plurimos eorũ agnoſceret ⁊ q: paupertatem magis eligerent crudelibuſq̃ viris huiuſmodi exactiones iniunxit quatenus ex egeſtate pecuniarũ ⁊ nimietate exactorũ vim paſſi: proprie religionis iura contemnerent. Poſt hec autẽ ſacerdotes miniſtroſq̃ dei gladijs minacibus interemit. Eccleſias ſubuertit et vaſa eorũ omnia publicauit. Symeonem vero iuſſit deduci ad ſe tanq̃ proditorem perſarum regni atq̃ religionis. ¶ Magi ſiquidem auxiliantibus ſibi iudeis cum feſtinatione ſanctas eccleſias deſtruebant. Symeon aũt cõprehenſus ferroq̃ vinctus ad regẽ ipſũ deducit. Quo vir effectus magnus ⁊ omni fortitudine precioſus. Nam cũ eũ torquendũ ſapor iuſſiſſet introduci neq̃ timuit neq̃ adorauit. Pro qua reuehemẽtius efferatus rex inquiſiuit cur nõ adoraſſet. Quippe quod prius facere cõſueuerat. Ad quẽ Symeon. Prius quidẽ non vinctus adducebar: vt negarẽ vere dei culturã: ⁊ nihil indubitãs q̃ ſunt ſolennia regis implebam. Nunc autẽ fas mihi non eſt hoc agere. Ueni namq̃ pro noſtro dogmate et pietate decertaturus Hec dicentẽ precepit rex adorare ſolem ⁊ facienti plurima ſe daturũ ⁊ cũ maximo honore munera compromiſit. Reluctantem vero interminatus eſt eſſe moriturũ et omniũ chriſtianorũ gentem. Cumq̃ nec terroribus potuiſſet mouere ſymeonem nec mulcere promiſſionibus: ſed fortiter permaneret nunquãq̃ adoraret ſolem: nec proditor ſue religionis exiſteret: precepit eum in vinculis retineri: credẽs eum poſſe longo tempore declinare. Cũ B q̃ duceretur ad carcerem vidit eũ vſtazadis ſenior quidam eunuchus nutritor ſaporis et maior regie domus. Et conſurgens adorauit eum: ſedebatq̃ nãq̃ ante ianuas regis: quem ſymeon increpauit iniurioſe ⁊ cũ furore clamauit: auerſatuſq̃ deſpexit. Is enĩ dũ chriſtianus eſſet/non ante multũ tẽpus vim paſſus adorauerat ſolẽ. Quo facto repente flens eunuchus cũ gemitu quidẽ veſtem clarã qua indutus erat exutus eſt: et lugubrẽ accipiens amictum: ante domũ regiã ſedebat flens atq̃ gemẽs. Heu inq̃t: qualẽ credã eſſe circa me deum: quem ego negaui: dũ pro hac cauſa dudũ amiciſſimus ſymeon neq̃ verbũ mihi reddiderit: et ſic auerſatus cũ furore tranſiuit? Dũq̃ hec ſapor audiuit. euocãs eum cauſam luctus inquiſiuit: aut ſi qua ei circa domũ erũna contigerit. Reſpondens vſtazadis ait. O rex nihil in huius ſeculi domo infortunij paſſus ſum. Utinã pro his que mihi nũc euenerũt: vniuerſas calamitates alias incidiſſem. Lugeo nãq̃ cur viuo? qui dudum mori debueram. Uideo ſolem quem tibi parere volẽs nõ voto mee voluntatis adoraui. Quapropter pro vtroq̃ me mori iuſtiſſimum eſt: q: proditor ſum chriſti ⁊ te quoq̃ decepi.

Et ille quidem hoc dicens iurauit celi ⁊
terre creatorem et ſuam vlterius non ſe
mutare ſententiam. Sapor autem am=
miratus eunuchi conſtantiam. amplius
ſeuiebat aduerſus chriſtianos: tanꝙ ma
leficijs hoc agere preualerent. Parcens
autem ſeniori nunc lenitate: nunc minis
omni virtute eum ſe ſubuertere iudica=
bat. Cumq; nil ageret vſtazade profiten
te nunquam ſe fore ſic fatuū vti pro deo
creatore cunctorum illa coleret potius
que a deo creata ſunt. Tunc ira commo=
tus iuſſit gladio caput eius abſcindi.
Cumq; duceretur ad necem: rogauit ſpi
culatorem vt paululum ſuſtineret tanꝙ
aliquid regi mandaturus. Et vocās quē
dam fidelium eunuchoꝝ iuſſit vt diceret
hec Sapori. Pro fauore quem hactenus
a iuuentute habui circa veſtram domū
o rex patri tuo et tibi miniſtrans ſtudio
competenti. teſtibus nō indigeo. Tu nā=
q; bene noſti pro omnibus: ergo que ali=
quando vobis impendi redde mihi com
penſationem huiuſmodi: ne quis igno=
rantium putet me ſupplicium ſuſtinere
tanꝙ infidelem regni: aut male cuiuſpiā
voluntatis: ſed vt potius manifeſtū fiat
quod agitur: preco clamans denuntiet
vniuerſis: quia vſtazadis capite trunca
tur non regis inimicus ſed chriſtianū ſe
eſſe profeſſum et deum proprium apud
regem negare contemnens. Hec quidem
eunuchus regi nuntiauit. Porro Sapor
ſecundum petitionem vſtazadis p̄conem
clamare precepit. Eſtimabat enim alios
poſſe a chriſtianitate reuocare chriſtia=
nos ſi mente perciperent: quia nulli par
ceret chriſtiano: qui ſenem nutritorem ⁊
deuotum ſue familiaritatis occideret.
Uſtazadis autem ſtuduit clamare cau=
ſam ſue necis credens quia cum per ter=
rorem adoraſſet ſolem multos chriſtia=
norum deduxerit ad timorem. Nunc au
tem cognoſcentes pro religione mortuū:
imitatores multos ſue virtutis efficeret
Hoc itaq; modo vſtazadis glorioſiſſima
morte tranſlatus eſt. ¶ Sy C meon
autem cognoſcens in carcere gratificos
pro eo hymnos obtulit deo. Altera vero
die que erat ſexta feria ſeptimane maio
ris in qua ante reſurrectionis feſtiuita=
tem annua ſalutaris paſſionis memoria
celebratur: etiam Symeonem decreuit
rex ferro perimere. Deductus enim rur=
ſus e carcere ad palatium regis nimis
intrepide loquebatur ſapori de dogma=
te et nec illum: nec ſolem paſſus eſt ado
rare. Eademq; die ſimiliter interimi iuſ
ſi ſunt: et alij centum in carcere conſtitu=
ti. Nouiſſime vero Symeonē occidi pre
ceptum eſt: ita vt mortem videret vniuer
ſoꝝ. Erant etenim hoꝝ alij quidā ep̄i: alij
p̄ſbyteri alij diuerſoꝝ ordinū clerici. Cū=
q; omnes ducerentur ad mortem adue=
niens ſummus princeps magorum inter
rogabat eos ſi vellent viuere. et regis re
ligionem colere et ſolem pariter adora=
re. Cumq; hanc nullus eligeret vitam: ſpi
culatores circa necem martyrum labora
bant. Symeon autem aſſiſtens conforta
bat vniuerſos / et de reſurrectione ac pie
tate loquebatur atq; de ſacris ſcriptu=
ris adhibens fidem / dicebat vitam qui=
dem veram eſſe ſic mori: mortem vero ma
nifeſtam negare deum adijciens: quia
poſt paululum etiam nullo perimente
ſponte mors accidit. Hic eſt enim omni=
bus natis finis ineuitabilis. Poſt hec au=
tem perpetuitas non omnibus ſimiliter
accidit: ſed velut ex quodam pondere om
nem rationem reddent homines huius
vite: et eorum que bene geſſerunt retri=
butionem et penas malorum ſine dubi=
tatione recipient. Maius autem bono=
rum omniū nihil eſt ac beatiſſimū: ꝙ eli
gere mori pro deo. Hec dicente ſymeone
et tanquam filios edocente: in certami=
nibus ſacris modo que decebat vnuſq̄ſ=
q; excitatus alacriter currebat ad ne=
cem. Cumq; omnes centum ſpiculator
tranſiſſet: nouiſſime venit ad ſymeonem
et abedecallam et ananiam / ambo nam
q; ſenes: cani ſub eccleſia conſtituti: cum
eo fuerant comprehenſi et erant in vin=
culis. D ¶ Tunc itaq; puſicius qui ſu
per omnes artifices regis erat ibi conſi=
ſtens: et videns ananiam trementem cū
prepararetur ad necem ait. Paululum o
ſenex claude oculos et ſecurus eſto: mox
enim chriſti videbis aſpectum. Cumq;
dixiſſet hoc repente comprehenſus du=
ctus ad regem et chriſtianus eſſe mani=
feſtatur

feſtatur eo q̄ pro dogmate fuiſſet locut⁹
libera intentione martyribus. Tunc rex
extraneo quodam et crudeli modo eum
mori precepit ita vt pforata ceruice exin
de linguam eius eijcerent. Hoc itaq̄ fa-
cto quibuſdam accuſantibus etiam filia
eius virgo ſacra tunc cōprehenſa perem
pta eſt. Sequēti vero anno die quo paſ-
ſionis E chriſti memoria celebrabatur
et expectabatur reſurrectiōis feſtiuitas
crudeliſſima ſaporis preceptio p omnē
perſarum cucurrit terrā: morte condem-
nans eos qui ſe ꝓfiterentur eſſe chriſtia
nos. Quo tempore fertur vltra numerum
multitudinem chriſtianorum gladio ce-
cidiſſe. Alios namq̄ p ciuitates et vicos
diligenter magi requirētes celatos in-
ueniebat. Alij vero ſponte nullo dicente
ſemetipſos offerebant: ne taciturnitate
chriſtum negare viderenī. Igitur dum
oēs chriſtiani ſine parcitate perimeren-
tur etiā multi in ipſis regalib⁹ ſunt occi-
ſi: cū quibus ꝛ azoius eunuchus regi ma
xime gratus. Quod dum ſapor audiſſet:
triſtis factus: hanc generalē peremptionē
remouit: ꝛ ſolūmō ꝓceptores religionis
iuſſit occidi. Illo ſiquidem tpe in egritu
dine incurrente regina ſymeonis epi F
ſoror nomine tharbua comprehenſa eſt
cū famula: ſuā ſequente viā. Quas cōti-
git teneri p inſidias iudeorum accuſan-
tium: quaſi maleficia regine feciſſent: ꝓ-
pter ſymeonis mortem. Regina vero cū
ſoleāt languentes huiuſmodi ſpe aures
accommodare ſuſpicata eſt verā eſſe de-
tractionem ꝛ maxime a iudeis factā: ꝛ cū
ipſa ſilia ſaperet eoſq̄ ſine mēdacio et ſi-
bi fauētes arbitraretur. Sumentes autē
magi tharbuā ꝛ alias mortis acerbe per
culere ſupplicio. Stipitibus enim alliga
tas: ferraq̄ ſcindentes p mediū eas cru-
deli nece lacerauerunt. Et quaſi expian-
tes reginā p medios ſtipites tranſire fe-
cerunt. Ferunt aūt iſtam tharbuam ſpe-
cioſam valde fuiſſe et a magis quibuſdā
adamatā: ꝛ latenter ad concubitum peti
tam promiſſa mercede ſalutis ſue et alio
rum ſi cōſentiret ad vitium. Que nec au
ditum luxurie paſſa eſt ſuſtinere ſed in-
iurijs pro turpi petitione relatis / alacri
ter acceſſit ad mortē ne traderet ſanctā
virginitatem. Cumq̄ G circuirent ma
gi et principes eorum vniuerſam prouin
ciam ſecundum ſaporis precepta: vt ſa-
cerdotes et doctores dogmatis apprehē
derent xp̄iani puniebant ep̄os ꝛ pbr̄os: ꝛ
maxīe per regionē abiabemiorū. Hic nā
q̄ locus eſt perſie⁹ et plerunq̄ xp̄ianorū.
Hoc enim tpe et acepſimā ep̄m apprehē
derūt: et multos clericorum eius tenen-
teſq̄ ꝓulē ſufficere ſibi crediderūt: alijs
nudatis ſubſtantijs dimittentes. Jacob⁹
autem q̄dam pbr̄ ponti ſequebaī acepſi
mam ꝛ ſupplicans magis identidem me
ruit irretiri. Tūc enim et ſemp alacriter
ſeruiebat et eius cladem aliquatenus le
uigabat: plagaſq̄ vt poterat curare non
deſinebat. Poſt paululū vero penis cru
delibus eum magi torſerūt: cogentes vt
adoraret ſolē. Quo reſpuente miſerunt
eū rurſus in vincula. Sȝ ꝛ multos alios
pbr̄os et dyaconos habebant in carcere
poſt flagella. Pauco tpe pretereūte prin-
ceps magorum de eis conſuluit regem.
Acceptaq̄ ptāte quod vellet: vt ageret
ſi ſolem non adorarent. mandauit eis in
carcere regiam volūtatem. Quibus ap-
te reſpondentibus nunq̄ ſe fore ꝓdito-
res xp̄i: nec adorare ſolem ſine vlla par-
citate eos verberib⁹ laniauit. Cum qui-
bus acepſimas ꝓ confeſſione dogmatis
viriliter eſt defunctus. Quidā vero arme
niorū cum eſſent obſides apud Perſas/
corpus eius auferentes latēter ſepultu
re debite tradiderunt. Alij vero licet non
minus flagellati / preter ſpem vixerunt
et non mutantes voluntatem denuo ad
vincula ſunt reducti: cū q̄b⁹ erat aithal-
las. Qui dum nimis tenſus cederetur/
humeri ſunt diſiūcti: ita vt mortuas poſt
ea manus portare videretur: alijq̄ eius
ori cibos offerrent. Sub hoc itaq̄ regno
teſtimonio bone vite trāſlati ſunt p̄ſby
teri / dyaconi / monachi / et ſacre virgi-
nes: ꝛ in alijs officijs eccleſie cōſtituti: ac
pro dogmate laborantes innumere mul-
titudinis. Eodemq̄ tempore H paſ-
ſus eſt vna cum marca bichor epiſcopus
atq̄ clerici circa ducenti ꝛ quinquaginta
qui cū eo capti a Perſis fuerant cōprehē
ſi. Tunc I milleſius nole martyrio co
ronatus eſt: qui primū quidē militabat

apud Perſas. Poſtea vero relicta mili-
tia cōuerſationem zelatus apſicam. Di-
citur enim quia dum in ciuitate perſica
eṗs fuerit ordinatus: multa ſepe ſit paſ-
ſus et plagatus: atq; tractus virili mēte
ſuſtinuit. Cūq; nulli potuiſſet illic ſua-
dere vt xp̄ianus eſſet: grauiter ferēs ma-
ledixit ciuitati ⁊ exide deceſſit. Poſt pau
cum vero tp̄s primatibus eius loci in re
gem peccantibus ſuperueniēs exercitus
cum trecētis elephantis ciuitatē ſubuer
tit: ⁊ velut deſolatā regionem arātes ſe-
minib⁹ tradiderūt. Mileſius autē epiſco
pus ſolummodo perā circunferens: que
ſacrū codicē euāgeliorum habebat per-
rexit orationem factur⁹ ad hyeroſolymā
et inde in egyptū vt videret monachos
ibidem cōuerſātes. Qualis igiť iſte ſan-
ctus ⁊ miraculorū fuerit operator ſyri ſunt
teſtes: qui ei⁹ actus vitamq; ſcripſerunt.
Fertur itaq; eorū qui tunc martyrio coro
nati ſunt ſub regno ſaporis virorum ac
mulierum fuiſſe milia quaſi ſedecim

¶ Theodoricus. Capitulū. iiij.

Iā pſida ve-
ro fautoribus pietatis cō
ſtantinus auguſtus ſpon
te pſperit. Agnoſcens eñ
eos ab ipſis vehemēter af
fligi: eorūq; regem erroribus ſeuientem
diuerſa eis inferre picula ſcripſit eis per
legatos qui tūc aderāt monita pietatis:
rogans vt cultores dei apud eum digno
honore potirentur. Sed meli⁹ ſtudiū ipſi
pricipis per eius literas valebit agnoſci.
¶ Sacratiſſimam cuſtodiens fidem ve-
ritatis luce pticipat⁹ ſummi luminis ve
ritate gubernatus ſacraz cognoſco fidē.
Deniq; per hec ſicuti res ipſe confirmāt
venerabilem religionem eſſe conſpicio: ⁊
doctrinam agnitiōis ſanctiſſimi dei om
nibus offerētem huiuſmodi cultū me ha
bere pfiteor: quia huius dei virtutem in
auxilio habens/ inchoans a finibus oc-
ceani oēm terrarum orbē firmiſſima ſpe
ſalutis obtinuit: ita vt vniuerſi q̄ p tot ty
rannorū cladib⁹ quotidianis fuerāt ſub
iugati: et ad obſcuritatem vſq; perducti
reſumentes cōmunium rez vindictā: re
diuiua quodāmodo curatiōe reſurgerēt.
Hūc deū colo cui⁹ ſignū deo dicat⁹ me⁹ ex
ercit⁹ portat i humeros: ⁊ a quo dū iuſto
ſermone aliq̄d poſciť ipetrať. Et ipſis aūt
tropheis iſignib⁹ bñficia repēte ſuſcipio.
Hūc itaq; deū imortali mēoria me hono
rare pfiteor: eūq; ſumma puraq; mente
ſup oia eſſe credo. Hūc inclinatus genib⁹
inuocabo fugiēs cunctū abominabilem
ſanguinē ⁊ odores horribiles ac fugien-
dos: oēmq; terrenā flāmaz nimis cuito.
Quibus oibus nefandus ⁊ ineffabilis er
ror multos gentiū ac genera vniuerſa p
ſtrauit: ⁊ inferno contradidit. Que enim
deus oim propter hominū pııdētiā ſua
clemētia vtilitatis cauſa pduxit i mun-
dū. hec ad vniuſcuiuſq; deſideriuz trahi
nō patitur: ſed purā tm̄modo mētē ⁊ ima
culatā aiām: ab oibus exigit virtutis et
pietatis actus exq̄rit: māſuetudinis ⁊ cle
mētie delectatur opib⁹ mites amat: ha-
bet odio turbulētos: diligit fidem: punit
perfidiam: oēmq; potentiam cum faſtu
deſpicit: ſuperborū punit aſperitatē: ad
faſtum eleuatos interimit: hūilib⁹ aūt ac
patiētib⁹ digna retribuit. Sic itaq; etiā
regnū iuſtū magnipēdens adiutorio ſue
virtutis extēdit: ſapiētiāq; regiā pacis
trāquillitate cuſtodit. Non ergo videor
michi errare frater mi hūc eſſe confitēdo
deū omniū pricipē atq; patrē: quē multi
regnātes apud nos veſanis errorib⁹ ſe-
ducti: denegare tentarunt. Sed illos om
nes finis cōprehendit exitioſus ita vt om
ne genus hominū poſt eos exurgēs cla-
des eorū p maledictiōis exēplo pponere
videať. Horū igiť vnū eſſe reor valeria-
num/ quē velut q̄dā v̄ga iracūdie diuine
de noſtris terris expellēs vr̄is partibus
tradidit puniendum. Qui ſcilicet verecū
die ſue famoſiſſimus / apd̄ nos tropheū
demonſtraſſe cognoſciť. Sed hoc quidē
in bonā partē cōuerſuz eſt: vt in nr̄o ſecu
lo hmōi ſuppliciū fieret manifeſtū. Uidi
nāq; ⁊ ego illoꝝ finē q̄ nup nefandis p̄ce-
ptiōib⁹ deo deuotū populū turbauerūt.
Quapropť multas deo refero grās: q̄m i-
tegra puidētia oē gen⁹ humanū colens
legē diuinā reddita ſibi pace decēter ex-
ultat. Uñ etiā nobiſipſis credo q̄m opti-
me cauteq; vniuerſa puenıūt: q̄n p illoꝝ
purā pbabilēq; religionē/ diuināq; co-

concordiā: vniuerſa in ſe dignatur erigere. Igitꝰ de tali hoim collegio.i.xpianoꝝ pro quibꝰ eſt mihi ſermo quē me libēter credis audire: qm̄ etiā eminētia loca pſide per eos amplius ꝙ̄ cupio decorantur. Tu ergo optime gubernaueris ſi fueris ſicut illi: et habueris cōmune qđ illi. Sic enim habebis oim dn̄m mitē placidūqꝫ atqꝫ ꝓpitiū. Hos igitꝰ qm̄ tātus ac talis exiſtis/cōmēdo tibi qm̄ ꝛ pietate probaris inſignis. Hos dilige cōpetēter ꝛ facito clemētie tue participes/tibi ſimul et nobis ꝓbiturus gratie immēſa iura per fidē. Hec igitur optimus imperator pietate decoratus egit curā non ſolū ſubiectoꝝ habēs: ſed etiam eoꝝ ꝗ ſub aliena gubernacula regebātur. Quapropter et ipſe diuina ꝓtectione potitus ē ꝛ europā vniuerſaꝫ atqꝫ libiā: ſuper has eñ maxime aſie partem tenēs/ſubiectos habuit vbiqꝫ deuotos. ſed etiā barbaroꝝ alij qđē ei ſponte ſeruiebāt/alij deuicti vbiqꝫ triumphi videbantur: ꝛ victor cernebatur in omnibus imperator.

Theodoricus. Capitulum.iiij.

Interea alexādro mirabili ſene ꝗ arrij ꝓſtrauerat blaſphemias defuncto/poſt mēſes qnqꝫ niceni ꝯſilij. Alexādrinoꝝ eccleſie ſuſcepit athanaſius preſulatū. Cuius perſecutiones: fugas/ contumelias: crebraqꝫ pericula transferre diſtuli: que ruſinus ſuo nobilitauit eloquio.

Sozomenus. Capitulum.v.

Poſt plurima verbo ꝯſilia turbis ſeditionibuſqꝫ cōpleta ꝛ clamores accuſatoꝝ poſcentium vt athanaſius tanꝙ̄ magus violētus ꝛ indignus ſacerdotio dānaretur: directi ab imperatore metuentes ne eum aliqua inuaſione perimerent: latenter eū de ꝯcilio ſubtraxerūt. At ille ſciēs nō ſibi fore tutum/cōtra tot accuſatores agere iudicibus eis inimicis ſynodū relinquēs venire feſtinauit ad īperatorē.

Theodoricus. Igitur athanaſiꝰ ad principē veniēs oēm ꝓſumptionē cōtra ſe factā epiſcopoꝝ edocuit. At illi ad mareotā cōuenientes quoſdā cōcordātiū ſibimet ſacerdotū miſerunt ad principem.i.theogniū nicenū atqꝫ theodorū perintiū: ꝛ marichalcedonēſeꝫ/narciſſum cilicē: ꝛ ſimiles horū mēdacia texētes: ꝛ quedam cōmēta fingentes: ꝛ nudas valde calūnias quaſi veras accuſationes ſibimet cōponētes. Quo facto venerūt ad eliam ciuitatē. Preceperat eñ imperator vt omne ꝯciliū a tyro veniret ad eliā: necnon ꝛ alios vndiqꝫ cōgregari ꝓceperat quatinus tēpla edificata dedicarent. Miſit itaqꝫ pariter deuotos viros pietate ac fide deuotiſſimos clariſſimos omnia largiſſime expēdi ꝑcipiens. nō ſolū pōtificibus ac ſacerdotibus: ſed etiā egētibus vniuerſis ꝗ vndiqꝫ cōcurrebant. Porro fuerat exornatū etiā ſacratum altare pallijs regalibus atqꝫ vaſis auro ꝛ lapidibus pretioſis decoratum.

Sozomenus. Cap.vj.

Imperator interea arriū de exilio reuocauit: iuſſitqꝫ vt quod de deo crederet ſcriptura currēte ꝓferret. Tunc ille nouitatē nominum quā prius adinuenerat declinās: aliam explanationē contexuit: ſimplicibus verbis eam et diuina lectione confirmans: iuſiurandum quoqꝫ prebuit ita ſe credere: et hec etiam mente ſapere nihilqꝫ aliter intelligere. Textus enim eius expoſitionis huiuſmodi eſt. Piiſſimo et domino noſtro imperatori ꝯſtantino. Arrius et Euzoius preſbyteri. Sicut ꝓcepit deo amabilis pietas tua domine imperator exponimus noſtram fidem ꝛ ſcriptis ꝓfitemur corā deo ſic credere ꝛ nos ꝛ omnes qui nobiſcū ſunt ſicuti ſubiectū eſt. Credimus in vnum deū patrem omnipotentem ꝛ dominum ieſum chriſtum filiuꝫ eius ꝗ ex eo ante omnia ſecula natꝰ eſt. deus verbū ꝑ quē omnia facta ſunt ꝗ in celis ꝛ que in terra: ꝗ venit et carnem aſſumpſit ꝛ paſſus eſt ꝛ reſurrexit ꝛ aſcēdit in celos ꝛ iterum venturus eſt iudicare viuos ꝛ mortuos. Et in ſpiritū ſanctum: et carnis reſurrectionem: et vitam venturi ſeculi: et in regnum celorum: ꝛ in

vnā ſanctā catholicaʒ dei eccleſiam q̄ a finibus vſqʒ ad fines eſt. Hanc autē fidē percepimus ex ſanctis euangelijs: dicēte dn̄o diſcipulis ſuis. Eūtes docete omnes gētes baptizātes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti. Si autem nō hec ita credimus atqʒ ſuſcipimꝰ: vere patrem ⁊ filium ⁊ ſpiritum ſanctū ſicut omnis catholica eccleſia et ſancte edocent ſcripture quas per omnia ſequimur: iudex noſter erit deꝰ ⁊ nūc ⁊ in futuro die. Quapropter tuaʒ pietatē rogamus deo amabilis imperator vt dū ſumus eccleſiaſtici ⁊ fidem ⁊ ſenſum eccleſie ſanctarumqʒ ſcripturarū hēmus: vniri nos per pacificam ⁊ dei cultricem pietatem tuaʒ matri noſtre eccleſie iubeas quippe queſtionibus ⁊ ſuperfluitatibus inquiſitionum ſublatis: vt ⁊ nos et ſancta eccleſia adinuicem pacificati ſolēnes orationes pro pacifico proqʒ imperio et omni tuo genere omnes communiter celebremus.

¶ Hanc fidei expoſitionem alij quidem dicebant ar tificioſe compoſitam vt videretur princeps placari ſermonibus et ita arrij dogmatibus circunferri: quatinus per expoſitionem omniū et fiducia preberetur: ⁊ vtrūqʒ haberet intellectum. Arbitratus autem imperator arrium ⁊ euzoium ſimilia credere his q̄ nicea conuenerant valde gauiſus eſt. Nō tamē ſibimet perſuaſit vt eos in eccleſie cōmunione ſuſciperet ante iudiciū atqʒ probationem cōgruarū perſonarū ſcd̄m eccleſie legem: ſed deſtinauit eos ad epiſcopos tūc hieroſolimis ꝯgregatos ſcribens vt fidem eorū expoſitionis examinarent: ⁊ clementem ſuper eis deberent proferre ſententiā ſi recte credēres inuidie grā eſſent iniuſtitiā paſſi ſeu dū non haberēt vnde iudices ſuos culpare peterēt: p̄ penitētiā reuocari. Porro ſumpta occaſione fautores arrij p̄ ſcripta imperatoris eos in cōmunionē ſuſceperūt. Et hoc cū feciſſent ipi iperatori reſcripſerūt ⁊ eccleſie alexādrine: ⁊ in egyptū: et thebaidam ⁊ libiā epis vniuerſis ⁊ clericis: p̄cipiētes vt eos alacriter ſuſciperēt imperatore teſtante rectā eorꝝ eſſe fidē: quā etiā ꝓprie epiſtole ſubiecerunt. Hec q̄dē in hieroſolimis geſta noſcūtur. Athanaſius aūt fugiēs de tyro cōſtātinopoli venit: ⁊ q̄ paſſus eſt adito imperatore narrauit: petēs vt q̄ tyro fuerāt geſta examinarētur ſub eius quoqʒ preſentia. Porro conſtātinus imperator rationabilē eius petitionem iudicans: hec ſcripſit epiſcopis qui in tyro conuenerant.

¶ Socrates. ¶ Capitulum. vij.

IGitur imperator directa ſacra cōciliū euocauit: vt ſui p̄ſentia athanaſij examinaret cauſaʒ cuiꝰ verba ſunt hec. Uictor ꝯſtātinꝰ pius epis in cyrioꝝ vrbe collectis. Ego q̄dē ignoro q̄ veſtro conſilio turbulēter atqʒ cū tēpeſtate decreta ſunt. Apparet enim q̄m quadaʒ tumultuoſa in diſciplinatione veritas ē oppreſſa. Uobis quippe nō conſiderantibus q̄ placēt deo: propter iurgia q̄ cōtra proximos veſtros habetis: ⁊ vota veſtra inceuincibilia eſſe cōtēditis. Sʒ erit opꝰ diuine ꝓuidentie quatenus ⁊ hec cōtentio aperte deꝓhēſa poſſit euacuari: atqʒ nobis palā fieri: ſi q̄d illic ꝯuenientes ſine qualibet gratia: aut inimicitiarū cauſa geſſiſtis. Quapropter cum omni feſtinatione vos omnes ad meā reuerētiam volo ꝯcurrere quatenus geſtorū apud vos integritatē p̄ vos ipſos poſſitis oſtēdere. Uerū qua gratia hec ſcripſerim vobis voſqʒ ad me literis euocauerim: per ea q̄ ſequuntur agnoſcetis. Pergenti iā mihi ad cognominis noſtri feliciſſime patrie ciuitatem: dū eſſem cōſcenſurus in equū repēte Athanaſius epiſcopus in media platea cū q̄buſdā ſacerdotibꝰ quos circa ſe habebat: ſic inopinate nos adijt: vt nobis daretur ſubito cuiuſdā cauſa formidinis. Teſtis eſt mihi inſpector omniū deꝰ eſt q̄m nec cognoſcere eū q̄s eſſet prima frōte p̄ualui niſi q̄dā noſtrorum: ⁊ q̄s eſſet: ⁊ quā ptuliſſet iniuſtitiā tūc narraſſet. Et ego q̄dē neqʒ ꝯfabulatꝰ cū illo tp̄e nec q̄libet locutione p̄ticipatꝰ. Dūqʒ ille ſe audiri depoſceret. ego vero refutarē: ⁊ pene expelli eū preciperē/ cū maiori fiducia nihil aliud a nobis q̄ʒ veſtrū poſtulauit aduētū: vt vobis p̄ntibus q̄ paſſus ē neceſſario poſſet ſuis gemitibus explanare. Uñ qr ⁊ mihi rationabile videtur ⁊

tēporibus oportunū ſcribi vobis libēti⁹ hec precepi vt oēs qcūqꝫ apud tyrū cōciliū celebraſtis: indeſinēter ad expeditū noſtre manſuetudinis cōcurrere feſtinetis:ipſis operibus oſtenſuri puritatem ꝛ rectitudinē veſtri iudicij corā me videlicet quā dei miniſtrū ꝑ pʒiū:neqꝫ nos abnegabitis.Igitur vbiqꝫ pacificat͛ dei nomen et integre bene dr ꝑ meā in deo culturam etiā apud ipſos barbaros q veritatē hactenus ignorabāt.Certū nāqꝫ eſt qꝛ q veritatē ignorat:neqꝫ deū ſcire pōt. Uerūtamē ſicut predictū eſt etiā barbari per me fidelē miniſtrū recognouerūt ꝛ deū metuere didicerūt:quē vtiqꝫ ꝓtectorem meū vbiqꝫ ac ꝓpulſorē ipſis operib⁹ eſt oſtēſuʒ.Unde precipue etiā deū ſciūt et illi quidē ꝓpter noſtrū timorem reuerētur deū.Uos aūt q ſancta miſteria ei⁹ clemētie ꝓferre videmini nō dicā cuſtodire:ſed nihil agere niſi q ad contētionē noſcuntur ꝛ odia pertinere ꝛ vt abſolute dicam q ad humani generis tendere vidētur interitū.Sʒ feſtinate ſicut dixi ad nos venire cōtinuo:ſciētes qm̄ omni virtute agere conabor quaten⁹ q in lege dei ſunt ea precipue ſine aliqua titubatione ſeruentur. Quib⁹ vtiqꝫ neqꝫ vituperatio neqꝫ mala ſuperſtitio poterit implicari/ diſperſis vtiqꝫ ac palam cōtritis ꝛ penitus examinatis ſacratiſſime legis inimicis q ſub ſchemate ſancti nominis blaſphemias varias ꝛ diuerſas iniiciunt.

¶Capitulum.viij.

HEc ſiquidē litere ad eſtuationē ꝑduxerunt eos q fuerant in ſynodo cōgregati:quoniā plures qdē ad ꝓprias redierant ciuitates.Qui vero circa euſebiū ꝛ theognium ꝛ mari patrofilū:ꝛ vrſatiū:ꝛ valētē ad cōſtātinopolitanam venientes vrbē nequaqꝫ de calice fracto aut altari ſubuerſo:aut arſenio ꝑempto quod in ſynodo cōcinauerāt queſtionē fieri permiſerūt.ſed aliā inuenire detractationem ſuggerētes imperatori quoniā athanaſius interminaretur non ſe miſſurum ab alexandria frumēta ſolēniter ad conſtantinopolitanam vrbē.Et hec audiſſe dicebant athanaſio dicente adamātium/ anubionem arbathionem ꝛ Petrum epiſcopos.Multum itaqꝫ derogatio preualet quando derogator creditur fidedign⁹.Hac ſubreptione ad furorem perductus imperator athanaſiuʒ relegauit exilio:ꝛ habitare euʒ precepit gallijs.Aiunt enim quidem imperatorē propterea feciſſe vt vnirent͛ eccleſie quoniam Athanaſius cōmunicare arrianis euitabat.Et ille quidē degebat in triberis galliarū. ¶Theodoricus.Sʒ nemo miretur ſi tātus vir deceptus exceſſit ſacerdotibus falſa loquētibus cū diuinus quoqꝫ dauid ꝓpheta nō a pontifice:ſed a ſeruo ſiba cōtra miphiboſeth alloquēte deceptus ſit.

¶Capitulum.ix.

IGitur epiſcopi in conſtantinopolitana vrbe congregati A marcellū ancyre galatie depoſuerūt ꝑ huiuſmodi cauſa.Aſterius quidā in capadocia exercens artem ſophiſticam eā relinquens/chriſtianitatem ſe promittebat aſciſcere.Temptauitqꝫ libros conſcribere q feruntur hactenus:ꝛ per quos arrij dogma firmate eſt.Dicebat em̄ xp̄m ſic eſſe virtutē dei ſicuti dictū eſt apud moyſen locuſtā ꝛ cāpas ꝟtutē dei/ꝛ his multa ſimilia.Cōueniebat em̄ is aſteri⁹ frequēter apud epiſcopos qui arrianaʒ precipue non euitabant ſectam.Nam et ad concilia concurrebat epiſcopatum in aliqua ciuitate querēs.Sed ſacerdotio quidē fruſtratus eſt eo ꝙ perſecutionis tempore ſacrificaſſe probaretur.Cumqꝫ circuiret et ſyrie ciuitates libros B quos cōſueuerat oſtendebat.Hec agnoſcens marcellus contra eum ſcribere volens menſuram contrarietatis exceſſit. Purum namqꝫ hominem ſicut ſamoſatanus paulus preſumpſit dicere dominuʒ chriſtum.Hec agnoſcentes qui tunc hieroſolymis conuenerant de aſterio quidē nullum habuere ſermonem:quoniā neqꝫ erat in ordine ſacerdotum. Marcellum vero tāqꝫ ſacerdotio functum rationem exigentes libri ſui eumqꝫ comperientes ſamoſatani dogmate maculatum iuſſerunt vt a tali ſecta recederet.Qui reprehenſus librum ſe promiſit exurere.Cūqꝫ

hoc ſtudium fuiſſet tentatum epiſcoporum collegiū euocāte imperatore venit ad regiā ciuitatē p̄ſentibuſq; euſebio ⁊ q̄ cū eo erant epiſcopis in vrbe conſtātinopolitana rurſus ſtudium de marcello fiebat. Et dū marcellus ſicut promiſerat illicitam cōſcriptionem nollet incendere: eū ab epiſcopatu depoſuerunt. In cuius locum baſiliū in ancyra direxerunt. Sed hanc ſiquidem conſcriptionē Euſebius tribus deſtruxit libris ſuperſtitionem eius valde redarguēs. Poſtea vero marcellus in ſardicēſi ↄcilio recepit epiſcopatum dicēs nō intellectū ſuū librū: ⁊ ꝓpterea quaſi paulianū fuiſſe depoſitū.

¶ Capitulum .x. A

Abiturdum poſt concilium hieroſolimitanum arrius veniſſet in egyptū alexādrina eccleſia eius ciuitate cōmunionem rurſus venit ad conſtantinopolitanā vrbē: concurrētibus illic conſectatoribus eius ⁊ obedientibus Euſebio nicomedie epiſcopo ⁊ cōcilium celebrari volentibus. Horum ſtudiū ſentiēs alexāder: tūc cōſtātinopolitanus epiſcopus niſus eſt ſoluere tale conamē. Dūq; hoc nō valuiſſet implere aperte arrij miſſibus interdixit: nō licere cū eccleſiaſticū eſſe dicēs ad infirmādā ſententiā epiſcoporū pene totius terre ſecū cōuenientiū in nicena vrbe Euſebius autē ⁊ q̄ circa eū erāt dū primo ſermonibus flectere nequiuiſſent alexādrū. poſtea cū terrore minabantur: q2 niſi ſuſciperet arriū certa die ipe quidē deportaretur exilio: arrius autē in cōmunionē ſuſciperet vniuerſorū. Et poſt hec ab alterutris receſſerunt. Illi quidē diffinitā diē expectantes: vt ſuas minas implerent. ¶ Alexander aūt orabat ne B ad perfectū verba Euſebij peruenirēt. Maxime autem ei terror ingerebatur eo q̄ imperatori iā pene ſuaſerant vt faceret quod ipſi volebāt. Ante vnū vero cōſtituti diē proſternēs ſemetipſ͡ ſub altari tota nocte iacuit pron⁹ rogās deū vt ipediret terminū inimicorum eius. ¶ Socrates. Hec igitur

C alexāder pronus orabat. imperator aūt de arrio experiri volēs cum ad palatium euocauit: percūctatuſq; eſt ſi nicene concilij decreta ſeruaret. Ille vero nihil moratus repēte ſubſcripſit decreta fidei per ſubſcriptionem arte callida circūueniēs. Et imperator quidē miratus ei intulit iuſiurandū. Qui etiā hoc fraudulēter egit quodāmodo iuſiurādū arte deludēs. Quod aūt audiui de hac machinatione cōſcribo. Fert̄ em̄ cōſcripſiſſe arriū ſectā ſuā in charta quā ſub ala ferebat vñ vere ſe iurare credidit dicens ſic ſe ſapere ſicut ſcripſiſſet. Hoc em̄ ita factū audiēs ego cōſcripſi: q2 vero ⁊ iuſiurandū prebuit: ex epiſtolis imperatoris agnoui. Credens igit̄ imperator ſuſcipi eū ab ep̄o cōſtātinopolitane vrbis alexādro in cōionē p̄cepit. Erat em̄ tūc ſabbatum. Et ſequēti die eos cōmunicare expectabat alterutris. S3 preſumptiones arrij iudicia dei ſecuta ſunt D Nam dū egreſſus ex imperiali fuiſſet aula obſequijs honorabatur ſatellitū Euſebij ⁊ per mediā tūc ciuitatē perſpicuus apparebat. Cūq; veniſſet iuxta locū cui eſt vocabulū cōſtātini forū vbi colūna porphiretica collocata eſt terror eum ſubito ex quodam cōſcientie ſecreto conſtrinxit: et cum formidine ſecuta eſt vētris effuſio. Percūctatuſq; ſi receſſum eſſet in proximo: et agnoſcens eſſe poſt ↄſtantini forū perrexit illuc. Quo facto. defect⁹ eū q̄dē cū effuſione corripuit ⁊ vna cū ſtercorib⁹ meatus q̄q; ꝓlapſus eſt. Tūc ergo cōcidit ⁊ ſanguinis multitudo cū ſubtilibus inteſtinis ſubſequēter effluxit. Decurrebātq; pariter cū ſplene etiā interna iecoris. Et ita factū eſt vt repēte ſequeretur et mors. Seceſſum vero vbi talia geſta ſunt in cōſtantinopolitana vrbe mōſtrabat̄ ſicut dixi poſt ↄſtātini forū atq; marcelli in porticu ↄſtitutū. Omneſq; traſeūtes digito notabāt locū deteſtabilē arrij recordantes interitum. ¶ Sozomenus.

liter inſurgētem. Propterea chariſſimos
quidem fratres noſtros et comminiſtros
athanaſium alexādrine ciuitatis epiſco
pum et Marcellum Ancyre Galatie et
aſclepam gaze cōminiſtrātes chriſto in=
noxios. et puros eſſe decreuimus. ſcribē=
tes ad vniuſcuiuſqꝫ parrochiā vt ſingula
rum eccleſiarum populi cognoſcētes ſui
epiſcopi puritatē eū ſe ep̄m ⁊ habere ⁊ ſpe
rarē cognoſcant. Eos autem qui in eorū
eccleſias luporum inſtar ingreſſi ſunt: id
eſt gregorium in Alexandria baſilium in
ancyra. quincianum gaze nec epiſcopos
nominandos/nec chriſtianos nec quēli=
bet penitus cum eis habēdam eſſe cōmu
nionem: nec eorum literas habēdas nec
ſcribendum eis. Theodorum vero hera=
clie europe: ⁊ neroniadis cilicie: ⁊ ceſarie
paleſtine narciſſum et acatium ſingiduꝫ.
miſie/valentem ex mirſis pannonie/ mi=
nophantem epheſi ⁊ georgium laodicie:
licet metuētes ab oriente non venerunt:
tamen eo ꝙ a beate memorie alexandro
ciuitatis alexandrine pōtifice ſunt dam
nati: et eo ꝙ ſecum arrianos habeant: et
ꝓpter crimina eis illata gn̄ali eos decre
to ſanctū conciliū ep̄atu depoſuit ⁊ de=
creuim⁹ nō ſolū ep̄os eos nō eſſe: ſed ne=
qꝫ communionem cum fidelibus ꝓmere
ri. Eos enim qui diuidunt a paterna ſub
ſtantia et diuinitate et alienant verbum
a patre diuidi ab eccleſia catholica con
uenit et eſſe alienos nomine chriſtiano.
Sint igitur a nobis et omnibus anathe
ma: eo ꝙ verbum veritatis videantur
eſſe cauponati. Apoſtolicum namqꝫ pre=
ceptum eſt. Si quis vobis annūtiauerit
ꝑter quod accepiſtis anathema ſit. His
ergo nullum communicare denuntiate.
Nulla eī̄ communio lucis ad tenebras.
Hos pellite procul ab omnibus. Nulla
enim concordia chriſto ad belial. Serua
te vos fratres chariſſimi: vt neqꝫ ſcriba=
tis eis neqꝫ eorū ſcripta ſuſcipiatis. Stu
dete ſimul vos fratres chariſſimi ⁊ com=
miniſtri tanquā ſpiritu preſentes noſtro
concilio conſentire: atqꝫ ſubſcriptione no
ſtra decernere que ab omnibus vbiqꝫ cō=
miniſtris noſtris conſonantia vna ſerue
tur. Abdicamus autem illos et extra ter
minos eccleſie catholice procul abijci=
mus: qui non affirmāt: quia deus eſt chri
ſtus. Sed aiunt verus deus non eſt: quia
filius eſt: ſi verus filius non eſt neqꝫ geni=

nitus ſimul ſic ſimul et ingenitus. Sic
enim ſe intelligere natum profitentur: q:
ſic dixerũt. Quod natum eſt factum eſt.
Et quia cum chriſtus ante ſecula ſit: de-
derũt ei principium atq; finem quod nõ
in tempore ſed habet ante ſecula. Proin
de due vipere ex aſpide arriana progreſ
ſe ſunt valens ⁊ vrſatius qui gloriaban-
tur ⁊ non dubitant ſe dicere chriſtianos:
profitentes quoniam verbum et quoniã
ſpiritus ⁊ vulneratus ⁊ interfect⁹ ⁊ mor-
tuus eſt ⁊ reſurrexit. Quodq; cohors ſtu
det; hereticorum diuerſas eſſe ſubſtan-
tias patris et filij ⁊ ſpiritusſancti pronũ
tiant et eas eſſe diuiſas. Nos autẽ hanc
percepimus: et eruditi ſumus hanc ha-
bemus catholicam apoſtolicamq; tradi
tionem et fidem atq; cõfeſſionem vnam
eſſe ſubſtantiam patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus-
ſancti. Et ſi querant que ſit filij ſubſtan-
tia profitemur eam eſſe que patris indu
bitanter nunq; patrem ſine filio/ neq; fi-
lium ſine patre fuiſſe credentes: nec eſſe
poſſe quod eſt verbum ſpiritus. Abſur-
dum namq; eſt dicere aliquãdo patrem
non fuiſſe patrem ſine filio: neq; nomina
ri: nec eſſe potuiſſe. Eſt enĩ ipſius filij te-
ſtimonium. Ego in patre et pater in me.
Et ego et pater vnũ ſumus. Nullus no-
ſtrum negat natum. Sed quibus natuz?
omnibus que inuiſibilia et viſibilia nũ-
cupentur. Opifex eſt archangelorum et
angelorũ ⁊ mundi. humani generis quo
niam ait. Omnium artifex ſapientia do
cuit me. Et omnia per ipſum facta ſunt.
Non enim ſemper eſſe potuerat ſi ſum-
pſiſſet exordiuz: quoniam verbum quod
ſemper eſt non habet initium. Deus au-
tem nunquam terminum habet. Non di
cimus patrem filium eſſe/ neq; rurſum
filium patrem eſſe: ſed pater eſt: et fi-
lius patris eſt filius. Confitemur vir-
tutem eſſe filium patris. Confitemur
verbũ dei patris eſſe: preter quod aliud
non eſt. et verbum veri dei et ſapiẽtiam
et virtutem verumq; filium tradimus.
Et non ſicut ceteri filij nominantur/ ita
filium dicimus quoniam illi aut gratia
generationis dij erunt: aut eo q; digni
fiant filij nuncupantur: neq; propter vnã
ſubſtantiam que eſt patris et filij. Con-
fitemur item et vnigenitum et primoge
nitum: ſed vnigenituz verbum dicimus
quod ſemper fuit et eſt in patre: primo-
geniti autem ſermonem homini. Sed tã
men differt per creaturam communio-
nem: quoniam et primogenitum a mor-
tuis confitemur vnum eſſe deum. Confi
temur vnam patris filijq; diuinitatem
neq; quiſquam negat aliquando patrez
filio maiorem: ſed propter aliam eſſen-
tiam non propter differentiam: ſed quia
ipſuz nomen patris maius eſt filio. Hec
autem illorum blaſphemia atq; corru-
ptibilis interpretatio eſt. hac gratia euz
dixiſſe contendunt. Ego et pater vnum
ſumus: propter concordiam et vnanimi-
tatem. Sed reprobauimus omnes ca-
tholici intellectum eorum fatuum: ⁊ ab-
iectum ſicuti mortalium hominum. Qui
quoniam corrumpi ceperunt offenden-
tes diſcordare noſcuntur: et ad permu-
tationes aſcendunt hoc modo diſtanti-
am et diſcordiam inter patrem deũ om-
nipotentem ⁊ filium eſſe poſſe dicentes/
quod abſurdum eſt intelligere et aliqua
tenus arbitrari. Nos autem ⁊ credimus
et affirmamus et ſic intelligimus quo-
niam ſacra ſcriptura locuta eſt. Ego et
pater vnum ſumus propter eſſentie vni-
tatem: que eſt vna et eadem patris et fi-
lij: et credimus ſemper ſine principio et
ſine termino hunc generare cum patre:
et non habere nec tempus nec defectum
eius imperium: quia ſemper eſt: nunquã
enim eſſe cepit: ideoq; nec deficere pote-
rit. Credimus et percipimus paracli-
tum ſanctum ſpiritum quem nobis ipſe
dominus promiſit et deſtinauit et eum
credimus miſſum. Sed is paſſus nõ eſt:
ſed homo quo indutus eſt quem aſſum-
pſit ex maria virgine: qui pati potuit ſi-
cut mortalis. Deus autem immortalis
eſt. Credimus quia tertia die reſurrexit
non deus in homine/ ſed homo in deo
reſurrexit: quem et obtulit patri ſuo do-
num quem vtiq; liberauit. Credimus
autem quoniam oportuno tempore atq;
definito omnes et de omnibus ipſe iudi
cabit. Tanta ſiquidem eorum ſtultitia/
et ita craſſitudine tenebrarũ eorum mẽs
excecata eſt: vt negant lumẽ cernere veri

tatis:nec intelligere qua ratione dictuȝ
eſt:vt ⁊ ipſi in nobis vnū ſint.Palā vero
eſt cur dixit vnū qm̄ apoſtoli ſpiritū ſan
ctū dei acceperūt:ſed tn̄ ipſi nō erant ſpi
ritus nec aliquis eorū aut verbū aut ſa=
piētia:aut virtus aut vnigenit⁹ erat.Si
cut ⁊ ego ⁊ tu inquit vnū ſumus:ſic ⁊ iſti
in nobis vnū ſint.Certiſſime igit̄ ſcriptu
ra diuina hoc diſtinxit.In nobis inquit
vnū ſint:nō ait ſicut nos vnū ſumus ego
⁊ pater:ſed diſcipuli in ſemetipſis cōiū=
cti ⁊ copulati vnū ſint:et fidei cōfeſſione
in gratia ⁊ pietate dei patris ⁊ dn̄i ⁊ ſal=
uatoris noſtri cōfeſſione:et caritate vnū
eſſe poſſint.Ex his literis agnoſcitur et
accuſatorū calūnia ⁊ priorū iniquitas iu
dicū:⁊ dogmatuȝ vera ſalubritas. Non
ſolū eīn de diuina nos beati patres do=
cuere natura:ſed etiā eruditionē diſpen
ſationis explanauerunt.

Capitulum.xxv.

Hec conſtans cognoſcēs doluit q̄dem leui
tatē fratris inſpiciēs ⁊ infre
muit aduerſus inſtigatores
malorū ⁊ imperatoris facilitatem ita de
cipientiū.Duos aūt ep̄s ex ſardicen̄.cō=
cilio electos cū literis miſit ad fratrē:cū
q̄b⁹ ⁊ magiſtrū militū ſalianū pietate iu
ſtitiaq̧ fulgentē.Litere vero nō ſolū mo
nitionē habuerūt atq̧ cōſiliū:ſed etiam
interminationē pio principi cōdecentē.
Primū q̄dē enūtiauit fratri vt ep̄is pre=
beret auditū/⁊ iniquitates a ſtephano/
aliiſq̧ preſumptas agnoſceret:necnon ⁊
athanaſiū gregi proprio reſtitueret.pa=
tefacta quidē calūnia priſcorūq̧ iudicū
iniquitate et crudelitate reuelata:adie=
citq̧ q̄ niſi vellet quod iuſtuȝ eſt facere:
ip̄e ad alexandriā pergeret ⁊ athanaſiū
ouibus deſiderantibus reſtauraret:ini=
micorūq̧ cateruas ꝓcul expelleret.Hāc
autem epiſtolā cōſtātius in anthiochia
ſuſcipiēs:promiſit ſe facturū q̄ qualitas
temporis annuebat.Sed in his perter=
riti veritatis impugnatores:nephādiſſi
mū machinata ſunt ſcelus.Applicuerāt
etenim ſacerdotes a concilio deſtinatos
in loco remotiore.Magiſter militū alio
manſionē acceperat.Porro ſtephanus
tūc anthiocenus ep̄us cū aliis tyrānicis
cooperatoribus:naues naufragio p̄pa=
rabat cū q̄b⁹ aſſertores rectorū dogma=
tuȝ variis nitebatur abſorbere calūniis.
Horū itaq̧ erat dux quidē iuuenis ona=
ger nomine:cū aſperitate veniens ⁊ ini=
qua conuerſatione cōgaudēs:qui non ſo
lum in plateis diuerſis tormētis afficie
bat ⁊ fuſtibus lacerabat:ſed etiā domos
impudenter inuadens:viros ac mulie=
res honeſtiſſimas abſtrahebat.Et vt lō
gius eius extendam calliditatem contra
optimos viros preparatam narrabo p̄=
ſumptionem.Is enim onager ad quan=
dā fornicariā veniens:ait nuper quoſdā
veniſſe peregrinos ⁊ noctē habere neceſ
ſariā meretricis.Porro ſumens quinde=
cim indiſciplinatorū ⁊ eos in vicino ep̄i
ſcopoꝝ intētato celās perrexit cū mere=
trice ad ianuā vbi illi viri requieſcebāt.
Eāq̧ apertā inueniēs:ꝑſuaſit vni pue=
rorū pecunia data vt mulierē̄ introdu=
ceret intra ianuam quā ipſe mōſtrabat
vbi quipppe vterq̧ ſacerdotuȝ dormire
videbātur:eāq̧ mulierē interius p̄cepit
accedere.Ip̄e vero vocaturus ſocios eſt
egreſſus.Cōtigerat eīn vnū ſeniorē ep̄ȝ
eufratā nomine in loco exteriore dormi=
re.Uincētius aūt(ſic enim dicebat̄ alter)
interiori cubiculo q̄ſcebat. Cūq̧ intra
hoſtiū puella veniſſet:ſonū pedū eufra=
ta cognoſcēs dū eſſet obſcurū q̄ ambula
ret interrogauit.Illa vero loquente:con
turbatus eufratas demonēq̧ putās eſſe
mulieris imitatū vocē repēte ſaluatoreȝ
xp̄m ad ſuū vocauit auxiliū Onager aūt
dux iniquitatis hoc facto cū ſociis eſt in=
greſſus iniquos clamās eos ⁊ iniq̄tatis
iudices deſtinatos.Multi clamore facto
cōcurrerūt ⁊ ſerui.Surrexitq̧ vincētius
⁊ claudētes ianuā domus ſeptem q̄dem
calūniatorū cōprehēdere potuerūt.Ona
ger vero cū reliq̄s fugit.Detenta tamē
eſt cum illis ⁊ mulier.Diluculo aūt ma=
giſtrum militū qui cum illis venerat ex=
citantes:ad palatiū proceſſerunt.Et pre
ſumptiones ſtephani proclamantes di=
cebant iam nō egere iudicio neq̧ verbe=
ribus iniquitates eius. Magiſter vero
militum precipue clamitabat.rogās vt
iuberet imperator nō ſynodice ſed iudi=

cialiter potius iniquam examinari pre-
ſumptionem: promittens primum ſe epi
ſcoporuʒ clericos traditurum ⁊ oportere
etiam miniſtros ſtephani ita contradi.
Cumq; ille impudenter cōtēderet: dicēs
clericos non ſubdēdos eſſe verberibus:
placuit ⁊ imperatori ⁊ iudicib⁹: vt intra
palatium cauſe prouenirct examinatio.
Et primuʒ quidem interrogare mulierē
quis eam ad metatum duxiſſet epiſcopo
rum. Que dixit quendaʒ iuuenem ad ſe
veniſſe ⁊ aduentum iudicaſſe peregrino
rum ⁊ q̄d opus haberent. Et quia veſpe-
re veniens duxiſſet eam ⁊ ad habitaculū
quodam eamq; intra ianuam domus te
porticū introire preceperit. Adiecit etiā
inq̄ſitionē epiſcopi: ⁊ terrorē factum ora
tionē eius ⁊ ſupueniētiū repētinas inua
ſiones. Hec iudices agnoſcētes captum
inter alios iuuenem mediū duxerunt.
Qui nō expectans neceſſitatē verberum
machinatū cōſilium patefecit ⁊ onagrū
hec oīa perpetraſſe confeſſus eſt. Qui de
ductus ad mediū: ſtephanū dixit hec om
nia precepiſſe. Sic itaq; ſtephani cogno
ſcētes iniquitatē preſentibus epiſcopis
permiſerunt vt eum dānarent ⁊ ab eccle
ſia procul expulſus eſt. non tamē ab ar-
riana peſte eccleſia liberata eſt. Nā leō-
tius poſt euʒ ordinatur: genere phrygio
voluntate nequiſſimus. Uerū cōſtātius
ea q̄ contra epiſcopos fuerant machina
ta experimēto cognoſcēs ſcripſit atha-
naſio maximo ⁊ ſemel ⁊ ſecundo ⁊ tertio
inuitans eum vt a partibus remearet et
heſperijs ſicut in ipſis literis indicatur.

Socrates. Capitulum. xxvj.

Constantius victor auguſtus athana
ſio epō plurimū te circū
ferri ⁊ fluctuari ferocib⁹
maris vndis: noſtre mā-
ſuetudinis clemētia non
permiſit. Patria quippe terra nudatum
et priuatum ꝓprijs rebus errātemq; per
loca inuia beſtiarū indefecta noſtra pie
tas nō deſpexit. Ideoq; igitur diu diſtuli
ſcribere voluntatis mee propoſitū ſpe-
rans ſponte te ad nos fore venturum: et
laborum ſatiſfactionē nobis exigere. ve
runtamen quoniam forte timor impedi-
uit voluntatis tue propoſitū: literas lar
gitatuʒ pleniſſimas ad tuam beatitudi
nem deſtinauimus vt ſine metu noſtris
aſpectibus velociter tuam preſentiā pre
bere feſtines: quatinus deſiderio tuo po
titus experiaris noſtram clementiam in
proprijs reſtitutus. Hac etenim cauſa et
dominum meū fratremq; cōſtantē victo
rem auguſtum pro te rogaui: vt tibi po-
teſtatem ad nos tribuat veniendi: quate
nus vt ambobus nobis annuentibus re
ſtitutus in patria habeas maximū gra-
tie noſtre pignus.

Capitulum. xxvij.

Constanti⁹ victor auguſtus athanaſio
epiſcopo. Licet prioribus
noſtris literis ſignificaue
rimus: quatenus ſine ſoli
citudine ad noſtrū debeas venire comi-
tatū eo q̄ maxime velimus te ad ꝓpria
deſtinare: tamē ⁊ nūc has literas ad tuā
direximus ſanctitatē p̄ quos inuitamus
vt ſine aliq̄ incredulitate vel metu aſcē-
dēs publicis vehiculis ad nos venire fe
ſtines: vt que deſideras poſſis adipiſci.

Capitulum. xxviij.

Constanti⁹ victor auguſt⁹ athanaſio epō.
Dū in ediſſa degerem⁹ p̄ſti
bus preſbyteris tuis placuit
vt ad te deſtinatis preſbyteris ad noſtrū
debuiſſes feſtinare comitatuʒ: quatinus
vidēs nr̄os aſpect⁹ repēte ꝓperares ad
alexādriā. Sed q̄m plurimū preterijt tē-
pus ex quo ſuſcipiens a nobis literas nō
occurriſti: ꝓpterea etiam nūc cōmonere
te feſtinauimus: vt vel nūc tuā preſentiā
nobis velociter p̄ntare contendas: ⁊ ita
poſſis patrie tue reſtitui tuaq; ſecur⁹ ora
tione frui. Ad plenaʒ vero cognitionem
achitū dyaconū deſtinauimus: a q̄ poſ-
ſis agnoſcere etiā noſtri animi volūtatē
⁊ q̄m ea q̄ optas poteris impetrare. Has
epl̄as in aq̄leya ſuſcipiēs athanaſius: il
lic enī relicta ſardica morabatur mox re
currit ad romā ⁊ oſtēdēs literas epō iu-
lio in maximo gaudio eccleſiā fecit eſſe

romanā.Putabat em̄ ēt orientis impera
tor eorū fidei ꝯſentire eo ꝙ ad ſe athana
ſiu3 fiducialiter euocaret.Julius aūt in
alexādria clericis atq̄ plebi hec de atha
naſio ſcripte dixit. ¶Capitulū.xxix.

Julius archie
piſcop⁹ pſbyteris ⁊ dyaconib⁹
et plebi habitātib⁹ alexādriā
dilectiſſimis fratribus in dño
ſalutē.Cōgaudeo vobis ⁊ ego dilectiſſi
mi fratres qm̄ fructū veſtre fidei añ ocu
los iā videtis.Hoc etem̄ vere geſtū qli
bet inſpiciet i fratre ⁊ coepo nr̄o athana
ſio:quē ꝑpter puritatē vite ſue ⁊ veſtras
orōnes reſtituit vobis de⁹.Ex hoc itaq̄
creditur puras ⁊ caritate plenas orōnes
veſtras aſcēdiſſe ſemper ad deū.Memo
res em̄ eſtis ꝓmiſſionū celeſtiū atq̄ di
lectionis:quam ex doctrina predicti fra
tris mei athanaſij didiciſtis:⁊ integrum
cognouiſtis ſcd3 inſitā vobis fidē quam
percepiſtis:qm̄ nō vſq̄ ad infinē is a vo
bis poſſit obduci:cui⁹ orōnes in ſanctiſ
ſimis animabus veſtris tāq̄ preſentes
ſemper habuiſtis.Ergo nō plurimis mi
hi verbis opus eſt vobis ſcribere. Que
cunq̄ em̄ vobis a me potuerint dici hec
etiā fides vr̄a p̄ceſſit:⁊ diuina gratia cō
munis orōnis noſtre vota cōpleuit.Cō
gaudeo ſiquidē vobis. iterū vobis dico
cōgaudeo:qm̄ inexpugnatas animas in
fide ſeruaſtis.Sed etia3 ipſi fratri meo
athanaſio nō minus ꝯgaudeo:qua licet
multā ſit paſſus triſtitiā:neq̄ vna hora
veſtri deſiderij ⁊ caritatis oblit⁹ eſt.Nā
licet corpore ad tēpus a vobis ſit abſtra
ctus tn̄ ſpiritum vobiſcū ſemper degere
videbatur.Et ego qdē cariſſimi fratres
oēm tētationē cōtra eū ſurgētē:reor ſine
gloria nō fuiſſe.Nā ⁊ veſtra ⁊ eius fides
cognita eſt vniuerſis et comprobata.Si
em̄ nō tanta ⁊ talia ꝓueniſſent:qs crede
ret:q2 aut vos tale iudiciū/tantāq̄ cari
tate3 circa talē exhibuiſtis epm̄:aut ille
potuiſſet tantis circūdari virtutib⁹:per
quas ſpe celeſti fraudat⁹ nō eſt.Prome
ruit igitur quolibet modo ⁊ nunc ⁊ in fu
turo etiam profeſſionis glorioſum mar
tyrium. Frequenter enim terra mariq̄
plurimū eſtuatus:omnē prauitatē arria
ne conculcauit hereſeos:⁊ crebro ꝑ inui
diam vſq̄ ad periculū impulſus cōtem
pſit mortē:munitus omnipotente deo et
dño ieſu xp̄o ſaluatore noſtro f[illegible]etans et
inimicitias declinare:⁊ conſolationi ve
ſtre reſtituit:deferens vobis maiora tro
phea ⁊ fortiſſimā cōſciētiā ꝑ qbus ⁊ vſq̄
ad terminos terre totius apparuit glo
rioſus.Fiduciā itaq̄ habēs ſui ꝓpoſiti:
celeſtiſq̄ doctrine clarificatus ē immor
tali iudicio:⁊ ad vos reuertitur.Diligē
dus igitur apud vos clarior nunc eſt q̄
tunc quādo ꝓfectus a vobis eſt.Nam ſi
materias precioſas.i.aurū atq̄ argētum
ad purgādum ignis probat:quid dignū
dici poterit de tali tantoq̄ viro:qui cum
tantas tribulationes ⁊ periculo deuiciſ
ſet redditur nūc nobis immaculatus nō
a nobis ſolūmodo:ſed cōprobat⁹ ab om
ni cōcilio.Suſcipiētes ſiquide3 nūc fra
tres cariſſimi cū omni diuina gr̄a paſto
rē veſtrū ac preſulē tāq̄ vere athanaſiū
cū his q̄ tantis laboribus eius pticipes
ſunt effecti:⁊ gaudete fruētes orationib⁹.
qui paſtorem veſtrū vt ita dicam eſuri
tis atq̄ ſitis qm̄ etiā ipſi veſtrā ſanctita
tem ſalutaribus ſcripturis cibaſtis atq̄
potaſtis.Nam cum degeret in peregri
nis vos ei conſolatio fuiſtis:et in perſe
cutione atq̄ periculis refouiſtis cum fi
deliſſimis veſtris animabus ⁊ mētibus.
Ego ſiquidē iā exulto cōſiderās ⁊ ratio
nē ꝓſpiciēs in eius reuerſione vniuſcu
iuſq̄ veſtrū gaudium ⁊ plebis votiuas
occurſiones cōcurrentiū glorioſam feſti
uitatem.Et qualis ille vobis erit dies:⁊
quantus/remeante ſcilicet fratre meo ⁊
quieſcentibus priſcis malis quorū ma
chinatiōe farcitis.necnō precioſa ac vo
tiua reuerſione:cūctos in quodā pleniſſi
mi gaudij letitia copulante.hmōi vero
gaudiū vſq̄ ad nos magnitudine ſua p
tingit.qb⁹ diuinitus hoc etiā cōſtat eſſe
cōceſſu3 quaten⁹ ⁊ nos debeamus i lau
dē tāti viri cōſurgere:Sed melius eſt vt
epiſtolā oratione claudamus.Deus om
nipotēs ⁊ ei⁹ vnigenit⁹ fili⁹ dñs ⁊ ſalua
tor noſter ieſus xp̄s hoc gaudium vobis
prebeat ineternum:dignū tribuens pre
mium ammirabili veſtre fidei quam cir
ca pontificem veſtrum glorioſum teſti

monio demõſtratis vt ⁊ vos ⁊ q̃ vobiſcũ ſunt hic ⁊ in futuro melioꝛa poſſideatis que oculus non vidit:nec auris audiuit: nec in coꝛ hoīs aſcendit q̃ pꝛeparauit deꝰ diligentibus ſe.Per dominũ nr̃m ieſum xp̃m per quē ⁊ cū quo oīpotenti deo glo ra inſecula ſeculoꝛũ. Amē. Ualere vos opto cariſſimi fratres.

⁋Capitulum triceſimum.

His itaq̃ literis confidēs athanaſiꝰ ad oꝛiētē venit quē cõſtātius imperatoꝛ nō tũc moleſte ſuſcepit:ſed eum circumuenire tentabat:molitione ſubmiſſus arrianorũ ⁊ dixit ad eũ.Sedē equidē tuā decreto conciliȷ̇ nobiſq̃ cõſentientibus recepiſti.Sed quia ſunt aliqui in alexandria populi tuā declinātes comunionē vnam eos in ciuitate eccleſiam habere pmitte: Ad hanc pꝛopoſitionē athanaſius mox occurrit et ait. O imperatoꝛ poteſtatem habes iubere ſimul et agere quecũq̃ volueris. Sed etiam ego beneficium a te depoſco quod mihi concedi pꝛecoꝛ.Princip vero continuo ſe daturum eſſe pꝛomittente:repente ſubiunxit. Athanaſiꝰ idem beneficium ſibi largiri petēs quod querebat imperatoꝛ accipere.Unam eñ et ipſe eccleſiam poſtulabat dari per ſingulas ciuitates:declinantibus arrianorũ cõmunionē. Igit̃ athanaſȷ̇ ſententiā inutilē ſibi agnoſcentes arriani.hoc quidem differendum eſſe dixerunt:⁊ agēdũ q̄ placeret imperatoꝛi quia imperatoꝛ paulo ⁊ athanaſio et marcello et aſclepa gaze et lucio adrianopoleos ſecundum ea que in concilio ſardiceno placuerunt pꝛopꝛias reſtituerat ſedes Unde pꝛincipalia ſacra per ſingulas ciuitates ad eoꝛum mittebantur eccleſias quibus iubebatur vt eos repente ſuſciperēt. Igitur in acyꝛa expulſo baſilio et pꝛo eo introducto marcello:non foꝛtuita turba pꝛouenit que derogationem contraria ſapientibus irrogauit.Aſclepā vero cõtinuo gazei ſuſceperunt in conſtātinopolitana ciuitate macedonius ad modicum tēpus paulo ſucceſſit; apud ſemetipſum: in eccleſia remota collectiões agēs. Pꝛo athanaſio tamen ſolo imperatoꝛ epiſcopis ⁊ clericis atq̃ plebi ſcripſit:vt eum libenter ſuſciperēt.Inſup etiā q̄ cõtra eũ in iudiciȷ̇s acta fuerāt:aliȷ̇s literis aboleri iuſſit.Que vero ambabus rebus ſcripta ſunt hec eſſe noſcuntur.⁋Capi.xxxi.

Uictoꝛ conſtantius maximus pius ep̄is et pb̄ris catholice eccleſie.Reuerendiſſimꝰ ep̄s athanaſiꝰ nō eſt dei gratia derelictus: Nā lȝ bꝛeui tēpoꝛe hũana fuerit ꝓbatiõe ſummiſſus tñ debitũ ꝓuidentie vniuerſa pſpiciens noſcit̃ ſuſcepiſſe decretũ recipiēs volũtate dei nr̃oq̃ iudicio patriā ſuā pariter ⁊ eccleſiā cuiꝰ diuino nutu pꝛeſul extabat. Huic eñ cõſequēter opoꝛtebat noſtram adeſſe māſuetudinē quatinꝰ oīa aduerſus eũ:et eiꝰ cõicatoꝛes definita:omniſq̃ ſuſpitio et illuſio cõtra eũ geſta de cetero ſit inanis et vacua:et releuatio quam dudũ clerici eiꝰ habuerũt:cõpetēter firma pmaneat.Sed etiā hoc eius gratie adiȷ̇ciendũ eſſe cenſuimꝰ/ quatinus oīs oꝛdinis ſacri cognoſcāt cõceſſum oībus ſibi cõiunctis:vt ſine timoꝛe ſint:ſiue ep̄i ſiue ſint clerici.Sufficit eñ vnicuiq̃ circa eũ recte volũtatis vnio: quicunq̃ eñ melioꝛi iudicio atq̃ parte cõſtituti:huiꝰ eligũt cõmunionem:hos oēs pꝛecipimꝰ ad inſtar pꝛecedentis pꝛouidentie etiaȝ nũc volũtate dei noſtre gratie largitatibus adipiſci. ⁋Capitulum.xxxij.

Uictoꝛ conſtantius maximus pius populo alexādrino eccleſie catholice.in omnibus perhibentes noſtre equitatis intētionē: ſcienteſq̃ qm̄ diu ꝓuidētia veſtri contēplatoꝛis eſtis alienati:ideſt põtificis athanaſȷ̇/qui ꝓpter miſertam rectitudinem ſuoꝛũq̃ morũ ꝓuiditatē cunctis innotuit: eum denuo ad vos deſtinare cenſuimꝰ.Hunc itaq̃ cõſuete ⁊ cõpetēter ſuſcipiētes ⁊ apud clementē deuȝ adiutoꝛē oꝛonum hñtes: vobis congruā ſimul ⁊ nobis placitā concoꝛdiam atq̃ pacem ſecũdum ecc̄lie ſanctionem vbiq̃ pꝛobate ſufficienter feſtinate ſeruare.Non enim rõnabile eſt ali

quam diſcordiā inter vos agitari aut tumultū noſtrorū tēporū diſcipline contrariū ⁊ ob hoc quidē abeſſe a vobis omnino volumus. Orōnib⁹ aūt ſufficiēter eo ſcilicet preſule et adiutore apud deū vos inſtare ſolenniter ammonemus quatinus tali propoſito ad oim vota puenēte/etiam gentiles ydolorū errori hactenus ſeruiētes: ad cogitionē ſacre religionis ſub alacritate feſtinent. O cariſſimi nobis alexādrini rurſus igitur ammonemus vt his que dicta ſunt perſiſtatis et oēs epm decreto ſupno noſtraqꝫ ſnia deſtinatū libenter ⁊ pie ſuſcipiatis et toto aio totaqꝫ volūtate amplectēdum exiſtimetis. Hoc enim ⁊ vos decet: ⁊ nr̄e māſuetudini noſcitur cōuenire. Ut aūt ois turbe ſeditionis occaſio perimatur: iudicibus apud vos habitis lr̄is pcipim⁹ quatinus oēs quos ſeditioſos agnouerit legitime vindicte ſubijciāt. Utraqꝫ igitur perſpicientes. ⁊ nr̄am cū deo ſniam ⁊ rationē pfeſſionis vr̄e: necnō et ſuppliciuꝫ cōtra ſeditioſos indictū: cōpetenter ⁊ cōgrue ſacre religionis iura ſeruate. Predictūqꝫ deo amabilē virū oi reuerentia et honore colite. Et orōnes vna cūꝫ eo pro vobiſips et noſtre vite fauore oim ſaluatori deo letāter offerte. ¶ Capitu. xxiii.

Victor conſtāti⁹ auguſt⁹ neſtorio. Eadeꝫ vero forma preſidib⁹ auguſte nicee thebaidis ⁊ lybie ſcriptuꝫ eſt. Quodcūqꝫ dudū ad leſionē ⁊ iniuriā athanaſio epo cōicātiū reperitur actum. hoc nūc aboleri precipimus Nam ⁊ miniſterii quo priuati fuerāt ei⁹ clerici: eoſdem rurſus volum⁹ obtinere. Hanc itaqꝫ preceptionē nr̄am ſeruari cēſem⁹: quatinus athanaſio epo ſue eccleſie reſtituto: cōicatores ei⁹ habeāt miniſteriū qđ ſemper habuerūt qđ etiā reliqui clerici habere noſcuntur: et ipſi gaudio potiantur.

Capitulum. xxiiii. A

Tantis et talibus epiſtolis munit⁹ ſanctiſſimus athanaſius per ſyriam aggreſſus venit in paleſtinā apprehēdenſqꝫ hieroſolimā ⁊ ipſe epiſcopo maximo innoteſcēs geſta ſardiceni cōcilij: et qꝛ cōſtantius imperator illoꝝ decreto iudicioqꝫ cōſenſerat: pparauit vt epiſcopoꝝ illic habitātiū ſynod⁹ ageret. Maxim⁹ aūt inullo ſegnis de ſyria atqꝫ paleſtina vniuerſos euocauit epos. Fctoqꝫ ꝯcilio reſtituit ⁊ ipe btō athanaſio cōmunionē ⁊ dignitatē. Scripſitqꝫ etiā ipa ſynodus alexādrinis ⁊ oib⁹ in egypto et lybijs epis clericis atqꝫ plebi ea que de athanaſio geſta atqꝫ decreta ſunt Ob qđ reualde maximo detraxerunt athanaſij derogatores epi qm̄ primit⁹ deponēs eū: rurſus ex penitētia tanqꝫ nihil fuiſſet actuꝫ ſniam pro athanaſio ptulit q̄ cōmunionē ei dignitatēqꝫ pberet. Hec agnoſcētes vrſatius ⁊ valēs q̄ circa arrianū dogma ſtudiū primitus A ardenter habuerāt declināt es a priori volūtate rome pfecti ſunt. Ibellūqꝫ penitentie Julio offerētes epiſcopo et i conſubſtātialitatis cōſenſere ſermone Et literas athanaſio direxerunt ſeqꝫ ea de cetero cōicare pfeſſi ſunt. Sic itaqꝫ tūc vrſati⁹ ⁊ valēs geſtis athanaſij ſuperati cōuerſi ſunt Athanaſius ergo p peluſiū pergebat ad alexandriā. Tranſiens aūt p ciuitates edocebat vt arrianos vniuerſi declinarēt: ⁊ cōſubſtātialitatis dogma cōplecterent. Jn qbuſdā eccleſijs ⁊ ordinatiōes fecit Et hoc fuit initiū alteri⁹ q̄rele aduerſus eum: qꝛ in alioruꝫ eccleſijs ordinare preſumpſit. Hec itaqꝫ de athanaſio prouenerunt.

¶ Capitulum. xxv.

Jnterea reſpublica fortuitis caſibus vrgebatur. A vnde q̄ ſunt capitularia nō eſt incogruū breuiter explanare Jgitur. qꝛ edificatore cōſtātinopolitane ciuitatis moriente tres eius filij imperiū ſuſceperūt in precedētibus eſt narratum. Sciēdū aūt qꝛ cū iſtis imperauit conſobrinus eorum nomine dalmatius vocabulū patris habēs q̄ dū paululū iperaſſet a militib⁹ interemptus eſt nō iubēte cōſtātio vt occideret. nō tn̄ phibēte. Dū vero cōſtātinus minor fratris partes inuaderet et ipſe a militibus cōgreſſione facta peremptus eſt. Hoc au

tem iam ſepe dictū eſt. Poſt mor=
tē vero cōſtātini minoris perſicū contra
romanos motum eſt bellū:in quo conſtā
tius pficere nō valebat. Nā dū nocte pre
liū circa fines romanoꝝ atq perſarum
fuiſſet geſtū validiores tūc pſe ad breue
tps inuēti ſunt. Quo tpe neq xpiani ſub
quiete degebāt:ſed p athanaſiū de con=
ſubſtātiali verbo circa eccleſias erat pu
gna. ¶ Sozomenus. ¶ Deniq apud an
thiochiā nō cōcordabāt in pfeſſiōe cler⁹
⁊ populus ſꝫ p choros vt eſt conſuetudo
ad hymnos dicēdos deo in fine pſalmo=
rū mōſtrabāt ppriam volūtatē. Et hi qui
dē prī ⁊ filio ſicut eſt eqli honoris gloriā
dicebāt hi vero patri i filio per interpo=
ſitionē ppoſitionis filiū ſecūdū eſſe mō
ſtrātes. His ita geſtis herens qd ageret
leontius q illo tpe ex hereſi aduerſa ſedē
anthiochie gubernabat. Dū phibere nō
preſumeret eos q ſecundū traditionē ni
ceni cōcilij pſallerēt deo:qꝛ metuebat ne
ſeditio naſceret in populo hoc dixiſſe fer
tur. Tangens caput ſuū iā canū inqt ni=
ue ſoluto lutū cōgeretur. Per hoc oſten=
dēs qꝛ ſe defuncto ſeditionem populo ge
neraret illa diſcordia q̄ i hymnis fiebat
non patientibus ſuis ſucceſſoribus cum
populi varietate ſentire. Athanaſi⁹ igit
veniens ad egyptū innotuit ſynodales
epiſtolas iulij romani pontificis. Inſu=
per et ſynodalē maximi hieroſolimitani
que et talia continere dinoſcuntur.

¶ Capitulum.xxxvj.

SAncta ſynodus hieroſolimis congre=
gata p egyptū lybiā ⁊ ale=
xandriā conſtitutis preſbi
teris diaconib⁹ ⁊ plebi fra
trib⁹ deſideratiſſimis i dño ſalutē Cūcto
rū deo digne grās agere nō valem⁹ fra=
tres cariſſimi. i quib⁹ eñ miracula ſemp
egit etiā mō cū ecclia veſtra fecit paſto=
rē veſtrū ⁊ dñm cōſacerdotēq nrm atha
naſiū vobis ſua pietate reſtituēs. Quis
eñ aliqñ ſperauit oculis carnalib⁹ intue
ri quē nūc ⁊ nos et vos iſpicitis? reſpiciē
tes quem videre deſideraſtis? Sed vere
orationes veſtre deo olim ſunt audite: q
curā hꝫ ecclie ſue:et vrās lacrimas atq
gemitus ſemper inſpexit. Qua propter
vrās audiuit pces. Eratis eñ ſicut oues
abiecte ⁊ fatigate:nō habētes quippe pa
ſtorē. Propterea viſitauit vos celit⁹ pa=
ſtor ver⁹ et de proprijs ouib⁹ curā gerēs
reſtituit vobis quē noſcimini cōcupiſſe.
Ecce eñ ⁊ nos oia p eccleſiaſtica pace fa
ciētes veſtreq dilectioni cōſpirātes i ei⁹
amplexu pceſſim⁹. Et cōicantes ei p eū
vos alloqmur ſcriptaq pñtia deſtinam⁹
Itaq hm gratifica vota vrā ſcitote nos
quoq cū eo vinculo caritatis obſtrictos.
Debetis ergo etiā p pietate deo amabi
liū nroꝝ imperatoꝝ inceſſanter deo ora
re:qm ⁊ ipſi cognoſcētes veſtrū deſide=
riū vobis reſtituere deſtinauerūt. Oi er
go honore tēſis manib⁹ ſuſcipiētes illū
gratificas orationes offerte deo q vobis
talia cōdonauit. Feſtinate ſiquidē ſem=
per i deo gaudere ⁊ glificare dñꝫ p quē ⁊
cū quo prī glia i ſcla ſcloꝝ amē. Ueniēs
igit athanaſi⁹ in egyptū quos qdē agno
uit arrij ſectatores depoſuit. Quibus a
ſe depoſitis ecclia eoꝝ precepit fidē tene
re niceni cōcilij eāq ſummo ſtudio cuſto
dire. ¶ Socra. ¶ Capitu.xxxvij.

SIc itaq ſe reb⁹ hītibus magnētius tyrān⁹ cir
ca ptes emerſit heſperias. Qui
conſtantē imperatorē occidentaliū par=
tium facto dolo circa gallias interemit:
Quo geſto inteſtinū inflāmatum eſt bel=
lum. Magnentius etenī tyrān⁹ cunctam
tenebat italiā:affricāq et libiam ſimul
⁊ gallias. In illirico vero ⁊ in ſirmio aliḋ
rurſus a militibus excitatū eſt bellū per
tyrānū nomine britānionem. Sed etiam
romani tumultus non fortuitus detine=
bat. Fratruelis namq cōſtantini nepo=
tianus noīe imperium aſſumpſerat:mo=
nachoꝝ virtute ſuffultus. Et nepotianū
quidem magnētij milites depoſuerunt.
Magnētius autem procedens vniuer=
ſas partes vaſtabat heſperie. Horū igit
omnium malorum vniuerſa cōfluxio bre
ui tempore gñata eſt. Quarto enim an=
no poſt ſardicēſe cōciliū hec acta noſcun
tur conſulatu ſergij ⁊ nigriani. His itaq
nūcius apparebat qꝛ ad conſtantiū ſolū
imperij iura perueniſſent. Quo pfectu

cōtra tyrānos ſemetipm̄ quo poterat pre
parabat. ¶ Capitulum .xxxviij.

Aduerſarij ſi q̄
dē athanaſij oportunū ſe tē
pus inueniſſe iudicātes rur
ſus aduerſus eū machinabā
tur. Tūc iꝑatori cōſtantio
ſuggeſſerūt: q2 oēm egyptū ſubuertiſſet ꝛ
lybiā. Inuidia ꝟo maxime auxit ei⁹ eo ꝙ
ordinatiōes i prochias feciſſet alienas.
Athanaſi⁹ interea dū veniſſet ad alexā
driā ſynodū egyptioꝝ cōgregauit epoꝝ.
Qui cōſona decreuerūt ſardiceno ꝯcilio
atq3 hieroſolimis celebrato. Conſtātius
igit̄ imperator dudū et ipſe arrianorum
ſecta preoccupat⁹ oia q̄ pauloante ei pla
cuerāt in cōtrariū demutauit. Et primū
q̄dē ecclie cōſtātinopolitane pōtificem
paulū deportari iuſſit exilio. Quem de
ducētes i cucuſſā armenie ſuffocarunt.
Marcello aūt denuo ꝓiecto eccleſiā an
cyranā baſili⁹ rurſus inuaſit. Luci⁹ aūt
adrianopoleos ferro vinct⁹ i carcere mo
rit̄. Tātūq3 valuerūt q̄ ꝺ athanaſio dice
bant vt i imēſū furorē cadēs imꝑator eū
vbicūq3 reperiret̄ iuberet occidi. Cū quo
theodolū ꝛ olimpiū ꝓſules eccleſiaꝝ tra
cēſiū. Igit̄ athanaſio volūtas imꝑatoris
nō latuit ſ3 preſentiēs fuga dilapſus eſt
ꝛ minas pricipis declinauit. cui⁹ fugā ce
lauerūt arriani ꝑcipue narciſſus nero
niadis eps georgi⁹ laodicie: ꝛ leonti⁹ tūc
anthiochene ꝓſul ecclie. Is eñ cū p̄ſby
ter eēt dignitate priuat⁹ eſt: q2 cū mulie
re cuſtolia noie degēs ꝛ turpē ſuſpitionē
celare volēs genitalia ſibimet ipſi noſcit̄ ab
ſcidiſſe: ꝛ decetero q̄dē fiducialiter cum
muliere viuebat. Poſtea ꝟo ſtudio impe
ratoris cōſtātij in anthiochia eccleſia or
dinat̄ eps poſt ſtephanum q̄ primit⁹ fue
ceſſerat placite hec igit̄ de his dicta ſuf
ficiant. ¶ Capitulū triceſimūnonū.

Eo tempore cō
ſtātinopoli3 macedoni⁹ tene
bat eccleſias paulo ſc3 am
putato predicto mō. Qui de
imperatore preſumēs chriſtianis cōmo
uit bellū ꝛ nō min⁹ ꝙ qꝺ tyrāni eo tpe fa
ciebāt. Suadēs eī imperatori vt ei eccle
ſias vaſtanti ferret auxilium egit vt legē
firmarentur quecunq3 peſſime agere ni
tebatur. Muniens enim ſemetipſum mo
naſterijs plurimis q̄ ipe ꝓpria volūtate
in cōſtantinopolitana vrbe ꝯſtituit: ꝛ pa
ctis epiſcopoꝝ i circuitu poſitoꝝ freq̄
ter dr̄ affixiſſe pauli dogmata ſapiētes.
Et primū q̄dē eos ex ecclijs expulit: dein
de vero cōicare ſibi coegit ita vt pluri
mi plagarū imanitate deficerēt. Alij ve
ro ſubſtātijs: alij hūana ciuilitate priua
rentur. alijs in frontibus caracteres po
nerentur: vt eſſent huiuſmodi ſigno no
tati. Hec itaq3 faciebāt per oēs orientis
vrbes precipue tamē conſtantinopolim.
Quā perſecutionem primo tardantem
macedonius auxit epiſcopus: helladice
vero ciuitate illirici necnon et heſderic
partes manebant immote.

¶ Explicit liber quartus

¶ Incipiūt tituli libri quinti.

i Quia defuncto conſtante rurſus arriani cōſtantiū aduerſus athanaſium incitauerunt.

ij Quid athanaſius in ſatiſfactiōe ſue fuge retulit.

iij Quid rurſus athanaſius de geſtis georgij in libro de fuga ſua retulerit.

iiij Quemadmodu3 bretamo ſit priuatus imperio

v De gallo ceſare ꝛ de ſigno crucis quod tunc in celis apparuit

vi De photino hereſiarcha eiuſq3 dānatione.

vij Fides expoſita ſirinio cum capitulis ſubiectis.

viij Alia fides expoſita ſirinio et de diſputatione photini

ix De oſio hiſpano.

x De magnentio tyranno et de tyrannide ſiluani.

xi De reſultatione iudeorū ꝛ tyrannia atq3 peremptione

xij De iuliano ceſare et quia iulio ſucceſſit libertus.

xiij De ethio heretico.

xiiij De inimicis athanaſij

xv De ſynodo apꝺ mediolanū fctā.

xvi De exilio epiſcoporum orthodoxorum quod athanaſius in fuge

ſue ſatiſfactione cõſcripſit.
xvij Dyalogus inter liberium et conſtantium geſtus ⁊ quõ liberi⁹ exilio fuerit deſtinatus.
xviij Quõ liberius per aditionem romanarum matronarum ab exilio ſit reductus.
xix Quomõ eudoxius anthiochenũ vſurpauit epiſcopatum.
xx De ariminenſi concilio ⁊ contentionibus ibi factis.
xxj Ep̃la concilij ariminenſis orthodoxorum epiſcoporum ad imperatorem conſtantium.
xxij Epiſtola conſtantij ad ariminẽſe concilium.
xxiij Ep̃la ariminenſis concilij ad imperatorem conſtantium.
xxiiij Quia diſcedentibus ep̃is fuerit conſtantius indignatus.
xxv De ſynodo in nicea trachie celebrata.
xxvj Quõ athanaſius furorem denuo conſtantij declinauit.
xxvij Quõ paganis inſultantibus futuram triſtitiam prophetauit.
xxviij Que mala per georgium in Alexandria geſta ſint.
xxix Litere damaſi ceterorũ ad illiricum contra concilium in nicea trachie factum.
xxx Ex literis athanaſij de ariminẽſi concilio.
xxxj Que mala macedoni⁹ in cõſtantinopolitana vrbe cõmiſit ⁊ q̃ poſt hec offendit imperatorem.
xxxij De leontio anthiocheno ep̃o et actio qui magiſter fuit eunomij.
xxxiij De eudoxio qui anthiochenum inuaſit epiſcopatũ ⁊ terremotu in nicea bithinie geſto.
xxxiiij De conſilio ſelentia celebrato.
xxxv De legatis concilij ſelentie et de examinatione etij ⁊ de geſtis ariminẽſi.
xxxvj Quõ affirmauerũt fidem ariminenſis concilij ⁊ ecium depoſuerunt ſimul et alios.
xxxvij Pro qua cauſa ſit cyrillus hieroſolimorum depoſitus.
xxxviij Enumeratio expoſitionũ hereticarum poſt nicenum concilium.
xxxix Qr eudoxius arrianus poſt anthiochenũ cõſtãtinopoleos iuaſit ep̃atum ⁊ de praua etij doctrina.
xl De crudelitate georgij apud alexandriã ⁊ q̃ poſt cyrillum hieroſolimorũ tenuerit ep̃atum.
xlj De macedoniano et de macedonianis.
xlij De his que rurſum ab arrianis contra ipſos arrianos geſta ſunt et quomodo euſtacius nequitiã patefecit eudoxij. Et plura conſtantinopolitani cõcilij ad georgium alexandrinum condemnãtes etium cum ſcriptis eius.
xliij De eunomio et quõ circo fuerit ordinat⁹ ⁊ inde rurſus expulſus hereſeos autor extiterit.
xliiij De appollinare ſimul ⁊ filiorum hereſe.
xlv Quomodo iacobi ep̃i orationib⁹ perſarum rex non potuit preualere romanis.
xlvj De concilio denuo apud anthiochiam congregato.
xlvij De trãſlatione ſancti melecij ad anthiochenũ ep̃atũ ⁊ de ei⁹ expoſitione de vnitate trinitatis.
xlviij Quia expulſo melecio euzonis arrianus anthiochie ordinatur epiſcopus.
xlix De conſtantia euſebij ꝓpter melecium.
l Quõ iulian⁹ negata xp̃iana religione bellũ cõtra cõſtantiũ ꝑparabat: et de morte conſtantij.

¶Incipit liber quintus.

¶Theodoricus.

¶Capitulum primum.

BReui ſiquidem tp̃e ꝓtereunte defuncto occidẽtis imperatore cõſtante: conſtantium fautores arrij cõpulerunt athanaſij ad eũ memoriã reuocantes q̃ſi ipſe fuiſſet q̃ ei fratrẽ fecerit inimicũ: ita vt pene diruptis nature vinculis vſq; ad bella deſcenderẽt. His icitatiõib⁹

conſtantius motus: non ſoluꝫ expelli ſed etiā perimi ſacratiſſimū athanaſiū imperauit. Et mittens quēdam ſebaſtianū ducem cū maxima militari manu velut erroneū iuſſit interimi. Quō autē ⁊ ille cū exercitu venerit: et ille diffugerit ipſe q̄ paſſus ⁊ mirabiliter liberat⁹ eſt meli⁹ enarrabit. Nam in ſatiſfactiōe ſue fuge ſic ait.

Capitulum ſecundum.

Erūtamē exquirant et modū iā diſceſſionis ⁊ agnoſcant a ſuis. Erant em̄ arriani cū militibus cōcurrētes vt eos accēderent ⁊ ignorātib⁹ nos oſtēderent. Et licet ſine vlla cōpaſſione ſint vel audientes tn̄ ꝯfugi quieſcant. Erat itaqꝫ iā nox et aliqui populoꝝ ad vigilias venerāt. Expectabaꝛ futura die collectio. Dux autē repēte aſtitit cuꝫ militib⁹ vltra quinqꝫ milib⁹ habētib⁹ arma: ⁊ gladios enudatos/arcus/ſagittas ⁊ vectes. Et eccleſiā quidē ipſe circundedit: ſtatuens milites ſibimet coherētes vt nullus poſſet egredientiuꝫ ab eccleſia eoꝝ manus euadere. Ego vero irrationabile iudicans in tanta ꝯfuſione populū relinquere ⁊ nos magis ante illos pericula ſuſtinere: reſidēs in ſede precepi vt diaconus pſalmū legeret: populi reſponderēt: qm̄ in ſeculū miſericordia eius: et ſic oēs in domos ſuos abirent. Sed duce poſtea ingrediēte ſacrariū ⁊ militib⁹ circūdantib⁹ vt nos capere potuiſſent: clerici quidē qui ſunt inuenti ſimul et populi clamabant/poſcētes vt ⁊ nos diſcederemus vna cū populo. Ego vō magis e diuerſo dicebam nō nos diſcedere niſi omnes ſigillatim pri⁹ exirent. Surgēs itaqꝫ oratione facta ſic p̄cepi vniuerſos abſcedere: melius eſſe dicēs me periculo ſubiacere: ꝙ quēlibet eoꝝ excipere leſionem. Egredientib⁹ igitur plurimis ⁊ reliquis ſubſequētib⁹ quidā: monachi qui ibi nōbiſcū fuerāt ⁊ aliqui clericoꝝ aſcendētes traxerunt nos. ⁊ ita teſtis eſt ipſa veritas. Militib⁹ aliis ſacrariū circūdantib⁹: alii per eccleſiā diſcurrentib⁹ per mediū eoꝝ dn̄o iter dāte atqꝫ cuſtodiēte pericula cūcta trāſiui: n⁹ deū magnifice glorificantes qm̄ neqꝫ populū neci tradidimus ſed etiam quatenus ſaluaretur actū eſt ⁊ man⁹ querētiū nos effugere preualuimus.

Capitulum tertium.

Que etiam georgius eodem tēpore in Alexandria geſſerit ipſi⁹ Athanaſii q̄ hec paſſus eſt voce narremus. In libro enim quē de ſua fuga ſcripſit. Igitur in alexandria ſurrexerūt denuo nos querētes occidere. Et facta ſunt nouiſſima peiora priorib⁹. Repente nāqꝫ milites circūdantes eccleſiam ꝑ orationibus precia celebrabant. Ingrediente nāqꝫ quadrageſima georgi⁹ ex capadocia ab eis miſſus auxit mala que coruꝫ calliditate didicerat. Poſt ſeptimanā itaqꝫ paſche virgines mittebātur in carcerē. Epi vincti a militibus ducebātur: orphanorum ⁊ viduaruꝫ domus arripiebantur: et inuaſiones in domibus agebantur: ⁊ noctib⁹ xp̄iani deponebātur. Obſignabātur domus ⁊ fratres clericoꝝ pro fratribus ſuſtinebant. Hec quidem peſſima: ſed grauiora poſtea ſunt preſumpta. Septimana em̄ que fuit poſt ſanctū penthecoſtē/populus ieiunās eſt egreſſus ad cymiterii orationis cauſa eo ꝙ oēs cōmunionē georgii declinarēt. Sed hoc agnoſcens ille nequiſſimus ipſe concitauit ſebaſtianum ducem manicheum qui cū multitudine militū/arma gladios euaginatos: arcus: ſagittaſqꝫ ferentiuꝫ facto impetu in ipſo die dn̄ico ſuper populū irruit et paucos orātes inueniēs (cū iam plurimi diſceſſiſſent) talia geſſit qualia ab eis decebāt impleri. Incēdio nāqꝫ fctō ſtatuēs virgines ſecus ignē cogebat eas vt ſe ꝑfiterētur arrianas. Cūqꝫ eas cerneret eē victrices ⁊ de igne nullo mō cogitare: ſic earū vultus lacerauit vt vix agnoſci poſt tp̄a potuiſſent. Tenēs aūt ⁊ quadraginta viros tormēto nouiore diſcerpſit. Sectis nāqꝫ de palma virgis ⁊ habentibus ſuos aculeos/eoꝝ dorſa ita vberib⁹ lacerauit vt quidā eoꝝ ſepi⁹ a medicis inciſi propter ſpinas que eoꝝ dorſibus inhere bāt. Alii vō dū nō ferrēt tormēta mortui ſunt. Eos autēꝫ qui viuere potuerunt et

quandã virginẽ exilio deportauit in ma
ximiã ſtaſim. Corpora vero mortuorũ pri=
mo quidẽ reddi nõ paſſus eſt:ſed celauit
inſepulta relinquẽs ea vt quaſi tãta cru
delitas latere videret. Hoc aũt agũt qui
mẽtis errore deſipiũt. Nam cũ parẽtes
mortuorum gauderẽt:& quidẽ ꝓpter cõfeſ=
ſionẽ flerent aũt ꝓpter corpora defuncto
rũ:potiꝰ eorum impietatis iudicia perſona
bant. Poſt hec aũt ex egypto atq; lybijs
exilio portauerũt epõs ammoniũ/ nuni
gaiũ/ filonẽ hermẽ/ pleniũ/ pſenoſirim/
nilamonẽ/ agathonẽ/ anagaphũ: enimo
niũ/ marchũ/ dracontiũ/ adelphiũ/ athe
nodorum. Et preſbyteros hieracẽ & dioſco=
rũ. & ſic eos acerbiſſime per itinera cõpu
lerunt vt quidã eorum in ipſis itineribꝰ alij
vero per exilia morerent. Fugauerũt autẽ
epõs pluſq; triginta habẽtes ſtudiũ ſm
achapa: vt ſi poſſent amputarẽt penitus
veritatẽ. ¶ Theodoricus. ¶ Super hec
igit athanaſiꝰ ẽt cõſolatorios libros vir
ginibꝰ illis ſcripſit q̃ crudeliſſimas ꝑtu=
lerũt paſſiones: dicẽs inter hec ꝓpterea
nemo veſtrũ ſit triſtis lz et ſepulturã vo
bis denegẽt impeꝛij & ꝓhibeãt vos effer
ri. Nã vſq; ad hoc nequitia ꝑuenit arria
norum vt & portas clauderẽt: & circa ſe ſepul
turarũ loca veluti demones reſiderẽt ne
q̃s ſepeliret fideliũ dilectorum. Hec ergo &
his ſimilia georgiꝰ i alexãdria faciebat.
Sanctus aũt athanaſius nullũ locũ mu
nitũ cautele ſue putabat: cũ vtiq; aut vi=
uum cũ deduci aut mortuũ decollari & ca
put eiꝰ iperator ſibi iuſſiſſet afferri. Pro
qua re p̃miũ maximũ cõpromiſit hmõi
aliquid nuntianti.

¶ Socrates. Capitulũ.iiij.

IMperator in=
terea in illiricũ caſtrametatꝰ
eſt: cogebat eũ publica neceſ=
ſitas maxime betramonis q̃ ꝑ
milites auguſtꝰ fuerat appellatus. Cũq;
veniſſet in ſiriniũ mutuo federibꝰ habi=
tis betramonem vidit. Actũq; eſt vt mili
tes qui eũ cõſtituerãt trãſirẽt ad fauorẽ
cõſtãtij. Quo facto ſolũ conſtantiũ impe
ratorẽ auguſtũ voce miſſa clamauerũt.
Cũq; de betramone nulla memoria fie=
ret ille repẽte ſentiẽs ſe traditum ad pe
des ſe ꝓſtrauit imperatoris. Porro con=
ſtãtius auferẽs eiꝰ coronã ſimul & purpu
rã clemẽter ei locutus eſt: monens vt ſub
ſchemate priuato quieſceret: qđ vtiq; eiꝰ
etati potiꝰ cõueniret q̃ haberet nomẽ ſo
licitudinibꝰ onuſtatũ iuſſitq; ei ſumptus
vberrimos ex publicis functionibꝰ exhi
beri. Cũq; in proſa bithinie betramo mo
raret cõſtantius ſcripſit ei dicẽs q: mul=
torum bonorum ei cauſa fuiſſet quẽ a tãtis cõ
gitatiõibꝰ & malis ſibi ꝑuenientibꝰ libe
raſſet. Nec ſe bene feciſſe q: que ſibi pre
ſtare debuerat illi potius impendiſſet.

¶ Capitulum.v.

TUnc igitur ipe=
rator gallũ coſobrinum ſuũ ce=
ſarẽ fecit. Cui ſuũ nomẽ impo=
nẽs in ſyria anthiochie deſtinauit vt par
tes per eũ cuſtodirẽtur orientales. Quo
ad anthiochiã veniẽte circa orientem ſi
gnũ ſaluatoris apparuit Colũna namq;
ſub ſpecie crucis in celo viſa: maximo mi
raculo cõſpiciẽtibꝰ fuit. Alios autẽ ſuos
duces cũ multo exercitu ꝯ magnẽtiũ de=
ſtinauit. Ipſe vero in ſirinio morabat & rei
ſuſtinebat euentũ. Tũc igitur & photinꝰ
eccleſie preſul aperte dogma quod ipſe
cõpererat expõebat. ¶ Sozomenꝰ. ¶ Di
cebat autẽ deus quidẽ oṗs vnus qui in
ꝓprio verbo cõdidit vniuerſa ante ſecu=
la vero natiuitatem et exiſtentiaz filij di
cere fugiebat: ſed ex maria natum doce
bat chriſtum.

¶ Socrates. Capi.vj.

QUamobrẽ tu
multu ſurgẽte iuſſit impe
rator conciliũ in ſirinio cõ
gregari. Cõueniteq; illic ex
oriẽtalibꝰ quidẽ marchus
arethuſe & georgiꝰ alexãdrinꝰ quẽ remo
to gregorio ordinauerãt arriani. Uenit
ẽt baſiliꝰ expulſo marcello ancyre p̃ſule:
pãcratiꝰ peluſij: hiſpacianꝰ heraclie. Oc
cidẽtaliũ vero valẽs mirſenꝰ & tũc famoſiſ
ſimꝰ hoim oſius cordube põtifex pariter
inuitꝰ. Iſti ſiq̃dẽ poſt ꝯſulatũ ſergij & ni=
griani quo anno ꝓpter bellorum turbas
nullꝰ ꝯſulũ fuerat ſolẽniter ordinatꝰ ꝯuẽ
nerũt in ſirinio. Et photinũ dogma ſa=

belij libienſis ⁊ pauli ſamoſatani ſepe co gnoſcentes repente damnauerunt.

¶Sozomenus. Capitulum.vij.

POſt hec de fide ꝓpōnes ediderunt vnam grece aliā multū ſibimet textu ſenſuqꝫ concordes. ¶Socrates. ¶Tūc etem̄ q̄ſt antiqua fidei dogmate reꝑhēdentes alias ꝓpōnes de fide ſanxerūt: ſit vnam quidē atico eloquio marcꝰ edidit arethuſe. ſꝫ cū romana lingua ꝯcordiā nō habētē ſermone neqꝫ cōpōne ſed nec ipſi grecitati cōuenictē. vnā itaqꝫ latine a marco cōpoſita ħ ſubiūgā: ſcdaꝫ ꝟo quā i arimino poſtea relegerūt loco ꝓprio ponemꝰ dū ea q̄ ibi geſta ſunt dixerimꝰ. vtraqꝫ tñ grecitatē cōuerſa eſt. Marcus ergo hoc modo expoſitionem de fide dictauit.

¶Credimꝰ in vnū deū patrē oīpotentez creatorē et factorē vniuerſoꝝ ex quo oīs paternitas in celo ⁊ in terra noīatur ⁊ in vnigenitū filiū dñm nr̄m ieſuz xp̄m q̄ ante oīa ſcl'a ex patre natꝰ eſt: deū ex deo: lumē ex lumine ꝑ quē facta ſunt oīa i celis ⁊ in terra viſibilia ⁊ inuiſibilia ꝟbū exiſtens ⁊ ſapiētia ⁊ lumē verū ⁊ vita q̄ nouiſſimis diebꝰ ꝓpter nos humanatꝰ eſt ex ſancta ꝟgine ⁊ crucifixus ⁊ mortuus ⁊ ſepultus. Et reſurrexit a mortuis tertia die: ⁊ aſcēdit in celū ⁊ ſedet ad dexteram patris ⁊ vēturus eſt in ꝯſummationē ſeculi iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ reddere vnicuiqꝫ ſcdm̄ opera ſua. Cuiꝰ imperiuz ſine fine exiſtēs in ſecula ꝑmanet infinita. Erit em̄ ſedens in dextera patris nō ſolū in hoc ſeculo: ſed etiā in futuro. Et in ſpm̄ ſctm̄ paraclitū.i. cōſolatorē quē promittēs ap̄lis poſt aſcēſionē ad celos eſſe mittendū vt doceret ⁊ cōmemoraret eis vniuerſa trāſmiſit. Per quē etiā ſanctificātur aīe credētiū i eoꝝ ꝟaciter. Eos aūt q̄ dicūt ex non exiſtētibꝰ filiū: aut ex altera eſſentia ⁊ nō ex dei ⁊ q: erat tp̄s aut ſeculum quādo nō erat: alienos nouit ſancta catholica eccleſia.

i ¶Rurſus igitur dicimus. Si q̄s patrem ⁊ filium duos dicit deos anathema ſit.

ij Et ſi q̄s deū xp̄m añ ſcl'a filiū dei miniſtrātē p̄ri ad creationē vniuerſoꝝ nō ꝯfitet̄ anathema ſit.

iij Si quis ingenitū aut patrē eius ex maria natum dicere preſumit anathema ſit.

iiij Si q̄s ſm̄ p̄ſcientiā ante mariaz dixerit filiū eſſe ⁊ nō ante ſecula ex patre natū apud deū eſſe et ꝑ ipſm oīa facta anathema ſit.

v Si q̄s ſubſtātiā dei dilatari aut contrahi dixerit anathema ſit.

vi Si quis dilatatam ſubſtantiam dei filium dixerit fatere aut dilatationem eius ſubſtantie filium nominauerit anathema ſit.

vij Si q̄s affectiuū aut ꝓlatiuū ꝟbū dixerit dei filium: anathema ſit.

viij Si quis hoīem ſolū dixerit filiuz qui ex maria eſt: anathema ſit.

ix Si quis deū ⁊ hoīem ex maria dicens deum ingenitum eundē intelligit anathema ſit.

x Si q̄s illud q̄ ſcriptū eſt ego deꝰ primꝰ ⁊ ego poſtea ⁊ p̄ter me nō ē deus cū in deſtructionem ydolorum et deorum non exiſtentiū dictum ſit ad deſtructionez magis vnigeniti ante ſecula dei iudaice percipit anathema ſit.

xi Si quis audiens verbum caro factuz eſt verbum in carne mutatū putauerit aut conuerſione facta ſuſcepiſſe carnem anathema ſit.

xij Si quis vnigenitum filium dei crucifixum audiens corruptionē aut paſſionem aut conuerſionez aut mutationem aut peremptionem ſuſtinuiſſe dicit: anathe. ſit.

xiij Si quis quod ſcriptum eſt faciamus hoīem nō patrē ad filiū dicere ſed ipſm ad ſemetipſm aſſerit dixiſſe deum: anathema ſit.

xiiij Si quis contra iacob non filium tanq̄ꝫ hominem luctaſſe ſed igenitum deum aut patrem eius dixerit anathema ſit.

xv Si quis illud quod ſcriptum eſt pluit dominus a domino non de patre et filio preceperit ſed ipſm a ſemetipſo pluere dixerit anathema ſit.

Pluit ei dominꝰ filiꝰ a dño patre

xvi Si qs audiẽs dñm patrẽ aut fi-
liũ dñm ⁊ dñm patrẽ ⁊ filiũ ⁊ dñs
a dño dicẽs duos aſſeruerit deos
anathema ſit. Nõ em̃ coaptam⁹
filiũ pri: ſʒ ſubditũ nouim⁹. Neq;
em̃ deſcẽdit in corpus ſine volun
tate patris neq; pluit a ſemetip-
ſo: ſed dño autoritatẽ q̃dẽ pbẽte
patre: neq; ſedit a dextris a ſe-
metipſo ſed audiuit dicente pa-
tre ſede a dextris meis.
xvii Si qs patrẽ ⁊ filiũ ⁊ ſpm̃ſanctuʒ
vnam perſonam dicit anate. ſit.
xviii Si qs ſpm̃ ſctm̃ paracletũ dicẽs in
genitũ aſſerit deũ anathema ſit.
xix Si qs ſicuti docuit nos nõ aliuʒ
dicit paracletũ pter filiuʒ ait em̃ q
aliũ paracletũ mittet vobis pater
quẽ rogabo ego anathema ſit.
xx Si quis ſpm̃ dicit patreʒ patris
aut filij anathema ſit.
xxi. Si qs patrẽ ⁊ filiũ et ſpm̃ ſanctũ
tres dicit deos anathema ſit.
xxii Si quis concilio dei tanq̃ vnam
creaturarum factum aſſerit filiũ
dei anathema ſit.
xxiii Si quis nolente patre natum fi-
lium dixerit anathema ſit.
Nõ em̃ inuit⁹ ⁊ vim paſſus pr̃ ne
ceſſitate naturali q̃ſi nolens ge-
nuit ſed ilico vt voluit etiã ſine
tempore ⁊ ſine paſſione ex ſemet
ipſo genuit eum.
xxiiii Si quis ingenitũ ⁊ ſine pncipio
dicit filiũ tanq̃ duos ſine pnci-
pio ⁊ duo ingenita dicẽs ⁊ duos
faciens deos anathema ſit. Ca-
put em̃ eſt ⁊ pncipiũ oĩm filius.
Caput aũt xp̃i deus. Sic em̃ ad
vnũ oĩm pncipiũ qd eſt ſine pnci
pio p filiũ pie oĩa referunt. Rur-
ſus autem ſubtiliter inſpiciẽtes
xp̃ianũ ſenſum dicimus.
xxv Si qs xp̃m deũ filiũ dei añ ſecu-
la miniſtrantẽ patri ad oẽʒ crea
tionẽ nõ dixerit ſʒ ex q̃ ex maria natus
eſt ex tũc dicit filiũ ⁊ xp̃m eſſe vocatũ ⁊ ini
tiũ pcepiſſe vt deus eſſet: anathe. ſit ſicu
ti ſamoſaten⁹. ¶ Alia fides expoſita ſiri
nio latine quã nos ex greco trãſtulimus.
¶ Capitulum. viii.

Quoniã de fi-
de placuit quẽdã fieri tra
ctatũ. oĩa caute q̃ſita ſunt
⁊ expoſita ſirinio ſub pſen
tia valẽtis ⁊ vrſacij atq; ger
manij ⁊ ceterorum. Cõſtitit vnũ deũ eſſe: pa
tre oĩpotentẽ ſicut ẽt in oĩ orbe terrarum an
nuntiat. Et vnũ vnigenitũ filiũ ei⁹ ieſum
xp̃m dñm ⁊ deũ ſaluatorẽq; noſtrũ ex eo
ante ſecula genitũ. Duos aũt deos non
oportere dici qm̃ ⁊ ipe dñs ait: ibo ad pa
trẽ meũ ⁊ ad patrẽ veſtrũ deũ meũ ⁊ deũ
veſtrũ. Propterea ⁊ oĩm deus eſt ſicuti ẽt
apl's docuit iudeorum deus nõ ſolũ: nõne ⁊
grecorum ⁊ gentiliuʒ? vtiq;. Qm̃ circũciſio
ex fide ⁊ preputiũ per fidẽ: ⁊ cetera quidẽ
oĩa conſonant ⁊ nulla remanere videtur
diſcordia. Quia vero multos mouet ſer-
mo latinus ſubſtantie qui greca lingua
dicitur ΟΥϹΙΑ. vt ſcrupuloſiſſime co-
gnoſcatur omouſion: hoc eſt eiuſdẽ ſub-
ſtãtie aut omoioſion. i. ſimilis ſubſtãtie
non oportet horum ſermonum quandaʒ
omnino fieri mentionem neq; de his ex-
poni apud eccleſiam. Propter hanc cau-
ſam ac rationem, q: in ſanctis ſcripturis
nihil tale conſcriptum eſt: ⁊ quoniaʒ hec
vltra humanam ſcientiam ⁊ intellectum
ſunt: ⁊ nullus poteſt generationẽ filij nar
rare ſicut ſcriptum eſt: generationẽ eius
quis enarrabit? Hoc em̃ ſciendũ ſolũ pa
trem noſſe: quẽadmodũ filiũ generauit: ⁊
rurſus filiũ quomodo ipe de patre ſit ge
nitus. Nulli vero dubiũ eſt maiorẽ eſſe pa
trẽ honore ⁊ dignitate atq; diuinitate: et
ipſo noĩe paterno eſſe potiorẽ teſtificãte
filio ipſo. Qui me inquit miſit pater ma-
ior me eſt. Et hoc eſt catholicuʒ. Nullus
ignorat duas pſonas eſſe patris et filij.
Et patrẽ quidẽ maiorẽ. filiũ vero ſubiectũ
cũ omnibus que ei pater ſubiecit. eius
patrem vero initiũ non habere ⁊ inuiſibi
lem ⁊ immortalẽ ⁊ impaſſibilẽ eſſe. filiuʒ
vero natũ ex patre deoſ lumen ex lumine
⁊ huius natiuitatem ſicuti predictũ eſt
nullum noſſe niſi ſolũ patrẽ ipm vero filiũ
dñm ⁊ deũ noſtruʒ. carnẽ ſeu corpus hoc
eſt hoĩem aſſumpſiſſe: ſicut ⁊ angelus an
nuntiauit ⁊ omnes ſcripture docẽt: et ma
xime ipſe apl's doctor gentium. Homi-

nem aſſumpſit chriſtus ex maria virgine
per quē paſſus eſt. Apex aūt totius fidei
⁊ firmamentū eſt vt trinitas ſeruet̃ ſemꝑ
ſicut in euangelio legimus. Euntes do-
cete omnes gentes: baptizantes eos in
nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. In-
teger autem atqꝫ perfectus eſt numerus
trinitatis. Paraclętus vero ſpiritus ſan-
ctus per filium miſſus venit ſecundum
promiſſionem vt apoſtolos ⁊ omnes cre
dentes ſanctificaret. ¶ His igitur expla
natiōibus etiā poſt dam B nationez
photinum conſentire et ſubſcribere ſua-
debāt promittentes ei reddere epiſcopa
tum ſi per penitentiā anathematizaret
dogma quod ipſe compererat ⁊ in eorū
ſententia conſonaret. Ille vero eorū qui
dem propoſitum non ſuſcepit ſed prouo
cauit eos ad diſputandum. Quapropter
deſinito die imperatoris voluntate con
uenerunt preſentes epiſcopi ⁊ ſenatorū
non pauci quos p̄ceperat adeſſe diſputa
tioni princeps. Inter quos reſtitit photi
no ſabinus eccleſie tunc ancyre preſul. ex
ceptoribus voces eorum conſcribentibꝰ.
Magnaqꝫ certamina ſermonum inter
vtrāqꝫ partem facta noſcuntur: victuſqꝫ
photinus dānatus eſt. Et in fuga conſi-
ſtens de cetero libros vtraqꝫ lingua con
ficiebat quoniā neqꝫ latino ſermone vi-
debatur ignarus. Scripſit quoqꝫ contra
omnes hereſes propriū ſtudens dogma
firmare. Et de photino quidē hec dicta
ſufficiant. Sciendum tn̄ quoniā ſirinio
conuenientes epiſcopi penitentia ducti
ſunt in expoſitione fidei latina lingua p-
late. Poſt editionem nāqꝫ ſibi eā contra
riā iudicabāt. Quā ſtuduerunt ab epiſco
pis qui eā iam ſubſcripſerāt reddi quo-
niā celabatur a plurimis. Imperator au
tem edictis queri p̄cepit editionē ipſam
ſuppliciū minatus ſi quis eā celaſſe com
periret. Sed neqꝫ terror deſtruere potuit
qđ ſemel fuerat iſtitutū eo qđ apud mul
tos haberet. Et de his quidē iſta dixiſſe
ſufficiāt. ¶ Capitulum .ix.

Uia vero ⁊ de
oſio hiſpano illic veniente
fecimus mentionē: breui-
ter etiā de eo dicendū eſt
Ante paululū tempus iſte vir molimi-
ne arrianoꝝ fuerat miſſus exilio. Tunc
aūt ſtudio coꝝ qui ſirinio ꝯuenerūt eum
euocauit imperator volens eū aut ſuaſio-
ne aut neceſſitate concordare preſentibꝰ.
Hoc enim facto maximū fidei eoꝝ puta-
batur eſſe teſtimoniū. Quapropter ſicuti
dixi ex neceſſitate venit. Et dū eis ꝯſenti
re reſpueret tormenta longeuus plagaſ-
qꝫ perpeſſus eſt. vnde etiam neceſſitate
vehementi expoſitionibus tūc editis cō
ſenſit atqꝫ ſubſcripſit. Hunc ergo termi-
nū habuerunt que tunc ſirinio geſta no
ſcuntur. Imperator autem conſtantius
morabatur in ſirinio ꝯtra magnentium
expectabat euētū. ¶ Capi .x. B

Interea magnē
tius ad ſeniorē peruenitēs ro-
mā multos peremit ſenatorū
ac populi. Et agnoſcens vict-
nos eſſe contra ſe Conſtantij milites ab-
ſceſſit ad gallias partis occidentalis.
Cūqꝫ illic bellū ſepius inter alterutros
exercerent: modo iſti modo illi victores
eſſe videbātur. Nouiſſime aūt deuictus
magnētius fugit in mirſam quod eſt gal
lie caſtrū. Uidēſqꝫ ſuos milites quaſi de
perditione triſtes ſtans celſiore loco eos
nitebatur allocutionis ꝯſuetudine cōfor
tare. Tūc illi fauorē ſolitū magnētio ex-
hibere preparati/ e diuerſo nolētes cla-
mauerunt oēs Conſtāti auguſte tu vin-
cas. Hoc auguriū magnētiꝰ traxit ad ſe-
metipm tanqꝫ ei nō diuinitꝰ ꝯcederet ipe
riū. Et ppterea relinquēs caſtrū ad vlte-
riora tēdebat. Seqntibꝰ aūt ꝯſtātij mili-
tibꝰ circa montē ſeleucū facta ꝯgreſſione
ſolꝰ fugiēs venit in lugđ. vrbē cōperiēſqꝫ
ſuā mr̄em ⁊ frēm quē ceſarē ꝯſtituerat in
terfectos: nouiſſime interfecit ſemetip-
ſum conſulatu conſtantis ſexto et cōſtan
tij galli ſecundo auguſti die quintodeci
mo. Non poſt multum vero tempus etiā
decentius eius frater ſemetipſum ſtran
gulauit B Sed neqꝫ ad rempubli-
cam quies venit. Nā poſt paululū apud
gallias occidentales ſiluanus quidam
tyrannus eſt exortus quem duces conſtā
tij velociter peremerunt.

¶ Capitulū .xi. B

Porro

Dzro iudei in Diocceſaria paleſtinea reſidētes vicina loca turbabāt. Et ſumentes arma: tentabāt reſultare romanis. Poſt hec itaqꝫ gallus Ceſar cū anthiochie degeret exercitu deſtinato eos apprehedit ciuitatēqꝫ vaſtauit. Cuꝫ vi B deretur ſibi ꝓſpere geſſiſſe: felicitatē nō ferēs: acceſſit ad tyrannidē. Et nō inſinuās impatori ſuā intētionē q̄ſtorem vocabulo magnū ⁊ domicianū prefectum orientis occidit. Ob quā rē Cōſtantius indignatꝰ euocauit eū. Qui cū contēnere nō valeret pergebat ad principem. Cumqꝫ contra inſulā flaconenſem veniſſet eū illic cōſtātius p̄cepit interimi.

Capitulum duodecimum. A

Oſt paululuꝫ vero tēpus Julianū galli fratrem Ceſarē cōſtituēs: contra barbaros direxit in Gallias. Gallus vero quiꝛ cōſtātius ſeptimo conſtantij conſulatu ⁊ ſuo tertio: ita ꝑimitur. Julianꝰ ſequenti cōſulatu arbitionis et iuliani cōſtituit̄ ceſar die ſeptimo mēſis nouēbris. Sozomenꝰ. Sublatꝫ itaqꝫ tyrānis requiē malo- B rū videbatur habere cōſtātiꝰ: et deſerēs ſirmiū veniebat ad ſeniorem romā illic volēs triūphū de tyrannicis exercere manubijs. Credēs aūt ea occaſiōe poſſe vtriuſ C qꝫ partis epiſcopos in dogmate cōcordare rurſus ſynodum in italia celebrādū eſſe cōſtituit In terea iuliꝰ papa cū q̄ndeciꝫ ānis romanā rexiſſet eccl̄iaꝫ moritur: cui ſucceſſit liberius. Socrates. Capi.xiij.

Bit in anthiochia Syrie alter hereſiarchus emerſit eciꝰ cognōmēto ſine deo. Js em̄ eadē q̄ arriꝰ ſapiebat: ſꝫ arrianis ſegregabat/eo ꝙ arriū in ſua cōmuniōe recepiſſent. Qui ſicuti p̄dictū eſt aliud mēte gerēs aliud voce cōfeſſus eſt: dū terminū ſynodi nicene ſuſcipiēs ſubſcripſiſſet volēs circūuenire tūc principē ꝓpterea ergo arrianos Eciꝰ declinabat. Erat nāqꝫ is eciꝰ prius hereticꝰ ⁊ ferue̅tiſſime defendere Arrij dogma videbat̄. Eruditꝰ em̄ aliquātulū alexādriā reuerſus eſt. Et veniēs in anthiochiā ſyrie vnde oriūdus erat a Leōtio tūc anthiocheno p̄ſule diaconꝰ ordinat̄. Tūc ergo veniētes ad ſe diſputatiōibꝰ ſophiſticis eludebat. Hoc em̄ faciebat ſeq̄ns cathegorias ariſtotelis diſputās ⁊ q̄dā cōcinnās: que non ſentiebat neqꝫ ab eruditis intētionē ariſtotelis agnouerat. Jlle nāqꝫ ꝓpter ſophiſtas tūc deridētes phiam hoc opꝰ iuuenibꝰ exercitatiōis cā cōſcribēs dialeticā ſophiſtis ꝑ hmōi cōtētiōes oppoſuit. Cōtēplatiui autē phi libros platonis: et politini declarantes ea q̄ artificioſe ſunt ab ariſtotele ꝯſcripta redarguūt. Sꝫ eciꝰ cōtēplatiuū doctorē nō habēs in cōmendationibꝰ ſophiſticis ꝑdurauit. Quāobrē nō itelligere potuit quō ſit igeniti gn̄atio: ⁊ queādmodū qđ naſcit̄ coeternuꝫ ſit generāti. Parū ergo imbutꝰ erat eciꝰ: ⁊ diuinarū literarū ignarꝰ tantūmodo in cōtētionibꝰ p̄paratꝰ: qđ etiā q̄libet ruſticus facere poteſt. Et dū nec veteres q̄ eloquia xp̄iana fuerant interp̄tati legiſſe: aſſerebat ſe multū gaudere libris clementis et africani necnon origenis cū vtiqꝫ fuerit illi viri totiꝰ ſapientie virtutibꝰ eruditi. Fecit igit̄ is ep̄l'as ad impatorē cōſtātiū ⁊ alios quoſdā cōtētiones inuoluēs ⁊ q̄dā cōmenta conficiēs. Quāobrē etiā ſine deo vocabat̄. Et licet eadē que arriꝰ vindicauit tamē a ſuis nō valētibꝰ intelligere perplexiones ſillogiſmoꝝ eius: cū eadē que illi ſperaret putabat̄ hereticꝰ. Et ꝓpterea eoꝝ pulſus eccleſia credebat̄: cū ipſe illis potiꝰ cōicare noluiſſet. Hactenꝰ em̄ exilio ſunt qui tūc quidē etiā nūc aūt eunomiā vocant̄: poſteriore nāqꝫ tpe Eunomiꝰ notariꝰ eiꝰ eruditꝰ ab eo editionē eiꝰ h̄rticā diuulgauit. Sꝫ eunomio locis ꝯueniētibꝰ explanabimꝰ. Sozo. C.xiiij

Nimici fidꝫ fidei putātes ſe tp̄s inueniſſe contra defenſores eius valde apud principē laborabāt: vt eccleſijs pellerent̄ oēs qui ab eis videbant̄ eſſe depoſiti tanq̄ alteriꝰ fidei: vel qꝛ viuo cōſtante iperatori ꝯſtātio reſtitiſſent:

Ita vt fuiſſet pene ad bella ꝓuētū: ꝑcipue tñ Athanaſiū accuſabāt: quia inuidie nimietate neq; conſtātio viuo ⁊ cōſtanti eū ſe diligere ꝑſitēte ab ei⁹ moleſtia recedebāt. Sȝ anthiochia cōgregati: marciſſus ciler theodorus trachie: ⁊ thiogent⁹ nicenus: patrofilus ſcytopoleos: minophātis epheſius. ⁊ alij circa triginta ſcripſerūt oēs vniuerſis epis: q: cōtra ſanctiones eccleſiaſticas alexādriam remeaſſet nec in cōcilio ſine culpa fuiſſet inuēt⁹: ⁊ iubebāt vt neq; cōicarēt ei neq; ſcripta dirigerēt: ſȝ georgio q̄ ab eis fuerat ordinat⁹: veruȝ athanaſio null⁹ hinc ſermo fuit. ¶ .xv. A

Bitur deuicto

magnētio cū ſolus cōſtantius romanoꝝ tenuiſſet iperiuȝ oī ſtudio laborabāt vt occidētales epī cōſentirēt ei qui cōſubſtātialē eſſe patri filium denegabāt. Et hoc faciebat nolēs a primordio apte vim facere: ſȝ eis callide ſuadere vt in decreto cōtra athanaſiū ob orientalib⁹ epīs habito cōſentirent. Sperabat em̄ q: ſi cōi decreto dānaretur athanaſi⁹ facili⁹ ſuā volūtatē in regione cōpleret. B ¶ Socrates. ¶ Tūc igit̄ in italiā cōuenerūt epī orientaliū nō multi: q̄m plurimos eorū aut ſenect⁹ aut itineris longitudo ꝓhibuit. Occidētaliū ꝟo vltra trecētivt ꝑcepto pricipis cōſiliū mediolani celebraretur vbi conueniētes oriētales āte oīa cōtra athanaſiū decretū fieri ꝯmune poſcebāt: vt hoc facto penit⁹ ei adit⁹ alexādrie clauderet̄. Quod dū ſenſiſſent paulin⁹ gallicane tribere⁹ dionyſi⁹ albe metropolis ytaloꝝ ⁊ euſebius vercellēſis epī: quia ad deſtructionē fidei oriētales cōtra athanaſiū agere molirēt̄: ſurgētes magna voce clamabāt dolū et circūuētionē p ea q̄ gerebāt x̄pianitati dogmatib⁹ irrogari. Nō em̄ veras ꝯtra athanaſiū culpas eē dicebāt: ſed ad detractionē fidei talia probarētur iuenta. Illis ergo talia proclamantibus concilium tunc ſoluitur epiſcoporum.

¶ Theodorit⁹. ¶ Capitu. xvj. A

Epoſito ſiqui/

dē athanaſio aliā heretici fidei expōere ſunt niſi doctrinā.

Sed neutrū horū pducī potuit ad effectū cū pſente pricipe clamarent: q: iniuſte agebatur et impie. Quo facto ⁊ ipi eccleſijs ſunt expulſi ⁊ in vltimis terre finibus habitare precepti. Quod rurſus mirabilis athanaſius hoc modo i illa ſatiſfactione cōſcribit. Quis tantū poterit memorare quātū illi geſſerūt: tūc em̄ eccl'ijs pacem habētibus et ppl'is p collectas orōnib⁹/ pōtifex quidē roman⁹ liberius et paulinus galliaꝝ metropolitan⁹ epſ: ⁊ Dionyſi⁹ Italus lucifer metropolitanus inſularum ſardinie ⁊ euſebius ex italia: oēs epī boni: ⁊ predicatores veritatis arripiuntur ⁊ tradūtur exilio: nullā habētes culpā: niſi q: in arrianā noluerūt cōſentire veſaniā neq; in calumnijs ſubſcripſerunt nr̄is. De maximo autē ⁊ optimo ſene ⁊ vere B cōfeſſore oſio etiā loqui ſupfluū oib⁹ em̄ notū eſt: q: et iā hūc exilio deportari fecerūt. Non em̄ ignobilis ſed oib⁹ noſcitur eſſe notiſſim⁹. Cui nāq; non prefuit ſynodo aut recte loquēdo nō ſatiſfecit vniuerſis? Que eccleſia huius patrociniū memoriā nō hȝ. Quis aliqn̄ dolens cū veniret apud eū nō remeauit ſanus? Quis indigens cū petiſſet nō meruit qd popoſcit. Et tñ etiā cōtra hunc talia preſumpſerūt: q: ipietas eorū molimina cognoſcēs noluit ꝓpria ſuſcriptiōe firmare. ¶ Socrates. ¶ Igit̄ iperator illos q̄dē mittit C in exiliū: generale vero cōciliū fieri cogitabat q̄tenus oēs oriētales epiſcopos venientes ad occidentē ſi poſſet ꝯcordes efficeret. Quod cū ꝓpter itineris ſpacia difficile videretur: duplicē tractauit ſynodū celebrari vt i arimino quidē itali qui tūc aderāt cōuenirēt: orientales aūt in nicomedia bithinie ciuitate. Hoc ergo imperatore tractāte: effectus nō euenit vt voluit. Neutrū em̄ cōcilium ſibimet cōcordauit ſed vtrūq; diuiſſuȝ eſt. Nā neq; arimino cōuenientes alterutris inter ſe ꝯſonare potuerūt: ⁊ oriētales in Seleuciam iſaurie congregati aliud ſciſma ſūt paſſi quod ſuo loco narrabitur. ¶ Teodoricus. Capm. xvij.

Bo quideȝ libe

rij p oia famoſiſſimi habitū A pro veritate dialogū cōtra con

Rãtium volo referre:quoniã a fidelibus
illius temporis eſt conſcriptus.Js enim
poſt iuliũ ſiluestri ſucceſſorẽ romanã gu
bernauit eccleſiam.¶Cõſtantius impe
rator dixit.Nos ⁊ eo quod chriſtianꝰ ſis
et epũs noſtre ciuitatis:dignũ hoc iudica
uimus vt euocantes te moneremus quã
tinus cõmunionẽ ſceleſtiſſimi athanaſij
et ineffabili ſuperbia detenti abnegare
non differas.Hoc enim terrarum orbis
bene fieri comprobauit et ſynodali ſen=
tentia alienum eccleſiaſtica communio
ne decreuit. Liberius epiſcopus dixit.
O imperator iudicia eccleſiaſtica decet
cum maxima proferri iuſtitia.Quapro=
pter ſi videtur pietati tue diſceptationẽ
iube cõſtitui:⁊ ſi apparuerit athanaſius
cõdẽnatione dignus:tũc ſecũdũ eccleſia
ſtice conſequẽtie formam proferatur in
eũ digna ſententia.Non enim poſſibile
eſt cõdẽnare virũ de quo nihil examina
tum eſt. Conſtantius imperator dixit.
Uniuerſus mundus adiudicauit eius fa
cinora:ſed ille ſicut ab initio tẽpus illu=
dit.Liberius epiſcopus dixit.Quicunq
ſubſcripſeũt nõ ipſi viderunt que geſta
ſunt:ſed propter gloriam ⁊ timorem ⁊ ne
a te contumelias paterentur acquieue=
runt.Imperator dixit.Quid eſt gloria ⁊
timor ⁊ cõtumelie?Liberius dixit.Qui=
cunq gloriam dei nõ diligũt tua magis
dona preponunt.Quẽ ergo iſti nõ vide=
runt nõ examinãtes adiudicauerunt:qđ
eſt chriſtianitatis alienũ.Imperator di
xit.In facie itaq cõdẽnatus eſt in conci
lio tyri cõtra ⁊ in concilio contra eũ pari
ter decreuerunt omnes totius orbis epi
ſcopi.Liberius dixit.Nũq in preſentia
ſua homo ille adiudicatus eſt.Quicũq
enim tũc conueniẽtes condẽnauerũt eũ:
diſcedẽte athanaſio a iudicio ſententiã
protulerũt Euſebius eunuchus dixit.In
niceno concilio alienus a catholica fide
ꝓbatꝰ eſt.Liberius dixit.Quinq ſoli iu
dicauerunt ex his qui cum nauigio ve=
nerunt in mareote :quos miſerũt ad ac=
cuſationẽ eiꝰ vt ↄtra eũ geſta cõficerent.
Horũ itaq q̃ deſtinati ſunt duo mortui:
theognisꝰ et theodorus.reliqui vero tres
viuũt:hoc eſt maris valẽs ⁊ vrſatius:ab
his q̃ miſſi ſunt ſardice propter hãc cau
ſam ſynodus celebrata eſt qui in ſynodo
libellos obtulerũt:veniam poſtulantes.
qm̃ in mareote ꝑ calũniã ex vna pte cõ=
tra athanaſiũ geſta cõfecerũt. Libellos
eorũ nũc pre manibus habemus.Cui ho
rũ nos credere ⁊ cõmunicare cõuenit im
perator?His q̃ primitus dãnauerũt ⁊ ve
niã poſtea popoſcerũt:an eis qui adhuc
hec accuſare cõtẽdũt?Epicticus epũs di=
xit.O imperator nõ fidei cã hodie neq
iudiciorũ eccleſiaſticorum ſermonẽ facit:
ſed vt apud ſenatores in romana cõſtitu
tos vrbe glorief quaſi ſuperauerit princi
pem.Imperator ad liberiũ dixit.Quota
pars es totius orbis qm̃ tu ſolus homi=
nem vindicas nephandiſſimum:vt orbis
terrarũ pacẽ eccleſieq diſſoluas?Libe=
rius dixit.Nõ eo ꝙ ego ſum ſolus fidei
cã minuet.nã ⁊ antiq̃tus tres ſoli reperti
ſunt reſiſtẽtes ꝑcepto regis.Euſebiꝰ eu=
nuchꝰ dixit:imperatorẽ noſtrũ nabucho
donoſor feciſti.Liberiꝰ dixit.Nõ ſed ita
irrõnabiliter adiudicãdus ẽ hõ q̃ nõ eſt
examinatꝰ?Hec ergo peto primitus ge=
neralẽ proferri ſubſcriptionẽ:cõfirmãtẽ
fidem in nicea ꝓlatã vt ita reuocatis ab
exilio fratribus noſtris ⁊ in locis ꝓprijs
reſtitutis:ſi hi q̃ turbas partũt eccleſijs
viſi fuerint apoſtolice fidei conſentire.
Tũc apud alexãdriã cõuenientes oẽs vbi
accuſati ⁊ accuſatores ſunt ⁊ defenſor eo
rũ examinata cã poſſumus ꝓferre ſentẽ
tiam.Epicticus epiſcopus dixit.Sꝫ cur
ſus publicus nõ ſufficit ſubiectui epiſco
porũ.Liberius dixit Eccleſiaſtice cauſe
publico curſu nõ egẽt.Eccleſie nãq ſuffi
ciũt vſq ad mare perducere ſuos epiſco
pos Imperator dixit.Que dudum ſuſce
perũt formã:ſolui nõ poſſunt.Plurimo=
rum nãq epiſcoporũ debet valere ſentẽ
tia.Tu ſolus es q̃ amicitias illius ſcele
rati defendis. Liberius dixit.Impera=
tor nũq audiuimus abſente accuſatore
iudicẽ eius ſcelera ꝓferentẽ.niſi q: pro=
pria videntur hec odia.Imperator dixit.
Omnibus quidem nocuit in communio
ne nulli tamen ita ſicuti mihi.Cui dum
non ſufficeret interitus fratris mei ma=
ioris:neq beate memorie conſtantẽ ceſ=
ſauit in meis inimicitijs frequenter im
pellere:niſi nos maiori manſuetudine

detēti impellētis momēta tēperaſſemꝰ. Nulla itaqꝫ mihi victoria eſt neqꝫ cōtra magnentiū vel ſiluianū niſi illū ſceleſtū ab eccleſiaſticis rebꝰ expulero. Liberius dixit. Noli ꝑ ep̄os tuas vindicare inimicitias. Manus em̄ eccleſiaſticoꝝ ad ſanctificādū vacare debēt. Quapropter ſi tibi videť: iube vocari ad loca ꝓpria ſacerdotes ⁊ ſi concordes apparuerint ei quē nos i p̄n̄ti defendimus ſcꝫ fidē orthodoxam in nicena ſynodo cōſtitutā: tūc cōuenictes ꝓuidebūt ꝑ mūdi pace ⁊ homo q̇ nō peccauit non reprobareť: iniuſte. Imperator dixit: vnū eſt qđ quereť. Volo em̄ te amplectē: em eccleſiaſticā cōmunionē rome denuo deſtinare ⁊ propterea cōcorda paci ⁊ ſubſcribēs rome reuertere. Liberius dixit. Rome iā fratribꝰ valedixi. Maiores em̄ ſunt eccleſiaſtice ſanctiōes ꝙ rome habitatio ciuitatis. Imperator dixit. Ergo triū dierū ſpaciū ad deliberationē habes ſi vis ſubſcribere rome reuertere: aut certe cogita in quē vis deportari locū. Liberius dixit. Spatiū trium dierū rōnem nequaqꝫ mutare pōt. Quapropter vbi vis dirige me. Imperator autē poſt duos dies examinato liberio ⁊ nequaqꝫ a ſuo propoſito ruocato iuſſit euꝫ in beria tracie exilio deportari. Egredienti liberio imperator ad expēſas q̇ngētos ſolidos deſtinauit. Tūc liberius deferēti dixit. Vade da eos imperatori. opꝰ em̄ hꝫ ſuis militibꝰ erogare. Similiter ⁊ auguſta tantos ei direxit. Liberius dixit. Redde hec imperatori opꝰ em̄ hꝫ hec ad expēſas militū ſuorū. Si aūt imperator hec nō hꝫ opus det eos auxentio ⁊ epicticto Illi em̄ opus hec habēt. Dūqꝫ ab eis nihil accepiſſet euſebius eunuchꝰ obtulit ei alios ſolidos Cui liberius ait. Totius orbis eccleſias deſolaſti et tāqꝫ dānato mihi hec affers: vade prius diſce eſſe chriſtianꝰ. His itaqꝫ geſtis poſt tres dies nihil accipiens miſſus exilio eſt.

¶ Capitulum. xviij.

Veritatis itaqꝫ propugnator et victor trachiā ſicut iuſſuꝫ fuerat vſqꝫ peruenit. Duobuſqꝫ tranſactis annis cōſtantius rome venit. Procerum vero ſenatorumqꝫ cōiuges rogabant viros ſuos vt conſtantio ſupplicarent. quatinus paſtorem gregibus reſtitueret. Aiebāt enim q: niſi flecterēt animum principis eos ipſe relinquerent et ad paſtorem illū maximū properarēt. At illi dixerūt. Nos furore principis formidamus ne forte aliquā veniā promereamur. Sed vobis inquiunt magis rogantibus forſitā parcet. Et vnū alterius fiet aut preces ſuſcipiet aut ſi flecti nequiuerit ſine aliqua iniuria vos dimittet. Hoc conſilium mulieres ille laudibus maximis proferende percipientes cum ornatu ſolito adierunt imperatorē quatinus ex veſte ſublimi inſignes eas et nobiles arbitratus: reuerētiam eis haberet ⁊ parceret. Adeuntes enim principem tali voce clamabant. Miſerere tante ciuitatis paſtoris prouidentiā non habentis q̄ luporum patet inſidijs. At ille reſpōdit nō egere paſtore alio ciuitatē. Eſſe nāqꝫ pōtificem qui eorum curam haberet. Poſt magnum nāqꝫ liberium quidam diaconorum eius felix nomine fuerat ordinatus. Is expoſitam in nicea fidem inconcuſſe ſeruauit: ſed corruptoribus eius ſine diſcretione cōmunicabat. Nullus tamen rome habitātium in baſilicam ingreſſus eſt cuꝫ ille intus aſtaret. Hoc autem etiam matrone ille imperatori dixerunt. Qua gratia flexus/precepit illum inter omnes egregiuꝫ reuocari ⁊ vtrūqꝫ eccleſiam gubernare communiter. His ergo literis in ſcircēſi ſpectaculo relictis populus clamabat iuſtam principis eſſe ſententiam vt ſicut dupliciter coloribus diuiſi ſunt ſpeculatores: ſic oportere alterutrum his/alterutrum alijs preſidere. Cum ergo primitus principis literis ſic fauiſſent: poſtea commoti communi voce clamauerunt. Unus deus chriſtus vnus epiſcopus. Ipſas enim voces ⁊ ego iuſtum ponere iudicaui. Poſt has vero chriſto amabilis populi pias et iuſtitia exornatas voces ſanctiſſimus quidē liberius eſt reuerſus. Felix autē recedens habitauit aliam ciuitatem.

¶ Socrates.

¶ Capitulum. xix.

EA tempeſtate leontio moriente q̄ hereticum. Etiā diaconum ordinauerat: eudoxius germanice epiſcopus que eſt ciuitas ſyrie cū eſſet tūc rome p̄ſens finxit ſibi cauſam neceſſitatis incumbere: ⁊ imperatori callide locut⁹ quaſi ciuitas germanitiorum cuius prouidentia atq̄ cuſtodia indigeret: petijt vt remearet ad propria. Quē princeps nihil proſpiciens abire dimiſit. At ille cubicularios cooperātes habēs relicta ciuitate ſua anthiochenum vſurpauit epiſcopatuz. Fouere nāq̄ ſtudebat Etium. Ob quam rem niſus eſt cōcilium facere ſacerdotum: ⁊ ordinationez ei reſtaurare dyaconat⁹. Qđ nequaq̄ geſtum eſt eo q̄ magis valeret odiū cōtra Etium q̄ Eudoxij deſideriū. Et de his quidem tātum noſſe ſufficiat.

¶ Capitulum.xx.

HOrum igitur q̄ arimino conuenerūt orientales ea que de athanaſio geſta ſunt taciturnitati tradentes ad cōciliū ſe occurriſſe dicebāt. Quorū ſtudio cohercebāt vrſatius ⁊ valens q̄ ab initio q̄dē arrianuz dogma tenuerant. In medio autē omouſianis conſenſerant dato libello romano pontifici ſicut iā dictū eſt. Iſti nāq̄ ſemper ad partes pro tempore valentiū declinabant. Quorum adiutores erant germinius. auxentius. dimophilus. ⁊ gayus Dum ergo in concilio preſentium alter aliud proponere conaretur: tūc vrſatius ⁊ valens dicebant omnia q̄ de fide dicta ſunt debere ſuſpendi: ⁊ ſuſcipiendam nouellam expoſitionem quā pauloante ſyrmio conuenientes ediderant. Hec dicētes ⁊ cartulam pre manibus habētes legi fecerunt ſecundū expoſitionē fidei ſyrmio prolatā quā ibi quidem ſicuti p̄dixi celauerunt. Arimino aūt oſtenſa eſt. Cuius exēplar hoc eſt. ¶ Credimus in vnū ⁊ verū deū patrem omnipotentē creatorem ⁊ opificē omniū. Et in vnū vnigenitū filiū dei ante omnia ſecula: ⁊ ante omne principiū ⁊ ante oē qđ opinari pōt tēpus ⁊ ante omnē perceptibilē opinionē natū impaſſibiliter ex deo p quē ⁊ ſecula perfecta et omnia facta ſunt. Natū autem vnigenitū ſoluz ex ſolo patre/deum ex deo ſimilē generāti patri ſecūdū ſcripturas: cuius generationē nullus nouit niſi ſolus q̄ genuit eū pater. Hunc nouimus vnigenituz eius filiū nutu paterno veniſſe de celis ad deſtructionē peccati ⁊ natuz ex maria virgine: ⁊ cū diſcipulis cōuerſatū ⁊ oēm cōpleſſe diſpēſationē ſecundū paternā volūtatē: crucifixū ⁊ mortuū ⁊ ad inferos deſcēdiſſe: et q̄ ibi erant diſpēſaſſe. quē ianitores inferni vidētes expauerūt ⁊ die tertia reſurrexiſſe. ⁊ cum diſcipulis cōuerſatū: ⁊ quadraginta diebus expletis in celos aſcēdiſſe ⁊ ſedere a dextris patris: ⁊ vēturū nouiſſima die in gloria patris ad reddēdū vnicuiq̄ ſecūdū opera ſua. Et in ſpiritū ſanctū/quem ipſe vnigenitus dei filius ieſus chriſtus mittere compromiſit generi hominū cōſolatorē ſecūdum q̄ ſcriptū eſt. Uado ad patrem meū ⁊ rogabo eū ⁊ alium conſolatorē mittet vobis ſpiritum veritatis/ ille ex meo accipiet ⁊ docebit ⁊ cōmemorabit vobis omnia. Nomē vero ſubſtantie eo q̄ ſimpliciter a patribus poſituz a populis ignoretur: ⁊ ſcandalum faciat: ⁊ quia nec ſcripture hoc continent placuit abrogari ⁊ omnino nullā memoriā ſubſtantie in deo eſſe de cetero/eo q̄ diuine ſcripture nuſq̄ de patris ſubſtātia filijq̄ meminerint. Similē vero dicimus filiū patri per omnia ſicut ſancte ſcripture dicunt ac docent. ¶ His itaq̄ lectis cōſurgētes quibus hec diſplicebāt aiunt. Nō fide egētes hic venimus. Integrā nāq̄ ſeruamus quā percepimus ab initio: ſz magis vt ſi qua circa hec nouitas ſit omnino p̄hibeam⁹. Si ergo hec q̄ lecta ſunt nullā faciunt nouitatē: aperte iā anathematizate hereſim arrianaz ſicut ⁊ alias hereſes regula eccleſie tāq̄ blaſphemas abiecit: q2 eñi blaſphemum arrij dogma turbas eccleſie q̄ etiā nūc ſūt excitauit: atq̄ ſeditiones toto orbi terraruz valde notiſſimū eſt. Hec ergo p̄poſito dum ab vrſatio ⁊ valente ⁊ reliquis ſuſcepta non fuiſſet: ad plenū diuiſit eccleſiā. Alij nāq̄ his q̄ arimino ſunt lecta cōſenſerūt. Alij

vero nicenā denuo roborauerūt fidem. Deſeruerūt aūt ſubſcriptionē illiꝰ lectionis: ⁊ maxime athanaſiꝰ alexādrine ciuitatis eps in epl'a quā ſuis familiaribus deſtinauit. Quā ꝙ legit inueniet ꝙ forti dictione ſit plena. ¶ Theodoricꝰ. ¶ Dicebāt aūt arriani conuenientes arimino: volētes heſperijs ſuadere ſimplicibus: q: nō oportet ꝓpter duo verba ꝗ nec inueniretur ſcripta ſeparari corpꝰ eccleſie: ſed ſimilē per omnia profiteri filiū genitori: ſubſtātie vero tacere nomē. Sz fallatiā ſentiētes horū omouſiani pōtifices eos abdicauerūt. Ipſi vero literis inſinuauerūt imperatori ꝓpriā volūtatē/ dicētes filios ſe eſſe patrū niceni cōcilij pariter ⁊ heredes. ¶ Socrates. ¶ Hoc tn̄ ſciendū qm̄ ſynodus ꝗdē vrſatiū ⁊ valētē: auxentiū ⁊ germinū: gaiū et dinoſiū: eorūꝗꝫ ſocios cōdēnauit: arrianū dogma anathematizare fugiētes. Qui ꝓpter hāc dānationē indignati ad principē celeriter aduenerūt: portātes lectā in concilio fidē.

¶ Theodoricus.

¶ Aperti⁹ aūt integrā fidei regulā eorū epyſtola ad cōſtātiuz ſcripta mōſtrauit. Cuius verba ſunt hec. ¶ Capitulū .xxj.

Diuina iuſſio/ ne ⁊ precepto pietatis tue olim dogmatizata cōfidimus. In ariminuz nāꝗꝫ ex vniuerſis occidētalibꝰ ciuitatibus oēs ꝯueniētes ſimul epiſcopi: vt ⁊ fides catholica cognoſceretur eccleſie et ꝗ cōtraria ſapiūt panderētur. Multū nāꝗꝫ diſceptātibꝰ nobis inuenimꝰ optimū eſſe ſtatutā fidē antiquitus permanere/ quā etiā ꝓphete euāgelia necnon apoſtoli per ieſum chriſtū dn̄m noſtrum predicaſſe noſcūtur. Qui ⁊ tui regni protector/ tueꝗꝫ ſalutis auxiliator eſt: quatenus hanc tenentes cuſtodiamus ⁊ cuſtodientes ad finem vſꝗꝫ ſeruemus. Incongruum enim nephariūꝗꝫ videtur ex his ꝗ recte iuſteꝗꝫ diffinita ſunt aliquid permutare: ideſt horū qui nicea cōmuniter cum glorioſiſſimo conſtantino tuo patre ⁊ imperatore deliberata atꝗꝫ defixa ſunt Quorum doctrina atꝗꝫ ſenſus diſcurrit atꝗꝫ predicatus eſt in omnium hominū auditus atꝗꝫ mentes. Hec fides ſola arrianam hereſim expugnauit ⁊ perdidit: per quam non illa ſola ſed etiā relique hereſes ſunt damnate. Cui vero addere ꝗcꝗꝫ incautū ē: et auferre periculoſuz. Et ſiquidē horū alterū fiat: erit inimicis facultas augendi ꝗ volunt. Quapropter vrſatius ⁊ valēs qm̄ participes ⁊ cōcordes arriani dogmatis erāt: a noſtra ſunt cōmunione ſegregati. Quā vt reciperēt cognoſcētes delicta quibus peccauerūt penitētiā atꝗꝫ veniā impetrare poſcebāt et reſcripta eorū hec ita ſe habere teſtātur. per que criminū veniā cōſecuti ſunt. Erat em̄ tēpus quo hec geſta noſcuntur: quando mediolana ſynodus celebrata eſt preſentibus eccleſie romane preſbyteris cognoſcētes ſimul etiā poſt mortē dignissime memorie nominandi. Conſtantini: cū omni integritate ⁊ examinatione cōſcriptā expoſuiſſe fidē. Qui cū ab hac luce baptiſmate ꝑcepto diſceſſerit et ad premia debite pacis abierit: incongruuz eſſe iudicamus poſt illum aliqđ nouitatis admittere: tantoſꝗꝫ ſanctos confeſſores ⁊ martyres ⁊ huius dogmatis cōſcriptores. inuentoreſꝗꝫ deſpicere ꝗ ſecundū antiquā eccleſie ſanctionē ꝓ oīa ſapuiſſe noſcūtur. Quorū fidē deus in tēpora imperij tui tranſmiſit: ꝑ dn̄m noſtrū ieſum xp̄m per quē tibi imperiū tale cōceſſum eſt vt etiā noſtri orbis terminos obtineres. Rurſus ergo infelices iſti: ⁊ ſapiētia viliſſimi: ſcꝫ vrſatius ⁊ valēs ꝑſumptione nepharia impie cogitationis predicatores ſemetipſos annūtiarēt: ⁊ veritatis terminū mutare cōtēdūt. Dū em̄ ſecūdū tuū preceptū concilij iura celebrarētur/ illi concilium ſue fallacie nudauerunt. Nitebātur enim calliditate quadā atꝗꝫ ſeditione aliqđ nouitatis inferere. Huiuſmodi enim malitie captos inuenimꝰ germanū quendam ⁊ auxentium: ⁊ gayum hereſim contentionemꝗꝫ facientes. Quorum doctrina vna quidem exiſtens vniuerſam molē blaſphemiarū trāſcēdere cōprobat. Qui cū viderēt nos neꝗꝫ ſue volūtatis eſſe: neꝗꝫ cōcordes horum que male ſapere videbantur: a noſtro ſe concilio mutauerunt vt quaſi aliud cōſcri-

bere viderētur. Erat vero tēpus breue. quod etiā eorū aperuit voluntates. Sed vt nō ſemper eccleſiaſtice cauſe in eaſdē currant cōcuſſiones. Nam turba atq; ſeditio repetita vniuerſa cōfundit firmum nobis viſum eſt vt que dudum decreta ſunt legaliter immutabiliterq; ſeruētur. Predictos aūt viros a noſtra communione ſecernim⁹. Qua cauſa legatos ad tuā manſuetudinē miſimus cōcilij ſententiā per noſtrā denūtiaturos epiſtolā. Legatis aūt pre oībus iſta precipim⁹ vt veritatē affirmēt ex priſcis ꝛ iuſtis rationib⁹ exponētes: q̄ etiā tuā religionē inſtruāt. quoniā nō ſicut ait vrſatius atq; valēs. erit pax ſi q̄d iuſtarum ſanctionū fuerit immutatum. Quō enī pax eſſe credenda eſt apud eos qui pacis iura ſubuertunt? Contentio enī et ſeditio per hec inter reliquas ciuitates ꝛ eccleſiam romanā potius oriet̄. Quapropter tue manſuetudini ſupplicamus vt placidis auribus noſtros legatos et oculo tranquillo reſpicias neq; ad iniuriam defunctorum noui aliquid immutari ꝑmittas ſed permanere non ſinas in his que a progenitoribus definita atq; ſancita ſunt q̄ppe quos oīa cū deliberatiōe atq; ſciētia ꝛ ſpū ſctō celebraſſe cōfidim⁹. Ea enī q̄ ab illis nūc innouant̄: credētibus quidē incredulitatē inferūt. nō credētibus vero credulitatē. Supplicam⁹ itaq; vt precipias eos q̄ ꝑ diuerſa loca detinentur: quos ꝛ etatis grauamen et anguſtia paupertatis affligit ad propria remeare ne deſolate ſublenatis ep̄is videantur eccl̄ie permanere. Super hec etiā hoc rogam⁹: vt nihil hic que iam terminata ſunt aut addat̄ aut adimatur: ſed omnia inuiolata permaneāt: q̄ et a pietate tui patris et tuis quoq; cōſeruata tēporibus: neq; de cetero nos fatigari ꝛ a proprijs parrhochijs alienos eſſe permittas quaten⁹ ep̄i cum ꝓprio populo in pace orare: ꝛ diuino cultui vacare poſſint: ſupplicantes deo pro pace tui imperij pariter ꝛ ſalutis quā tibi diuinitas in perpetuū largiat̄. Noſtri vero legati epoꝝ ſubſcriptiones et noīa deferūt: q̄ etiā lectione diuine ſcripture religionē tuā poterūt edocere. ¶ Socrates. ¶ Hec itaq; ſy [illegible] nodus ſcripſit. per ep̄os deſtinauit. Urſatius autē ꝛ valēs eoꝝ preuenientes aduentū derogauerūt cōcilio oſtēdētes impatori expoſitionē fidei quā portabāt. Imperator arriano dogmati fauens indignatus aduerſus ſynodum: et vrſatium atq; valētē potius honorauit. Quāobrem q: cōcilio fuerāt deſtinati tardauerunt: nō valētes impetrare reſponſum. Sero tamen ad ſynodum conſtantius per preſentes epiſcopos huiuſmodi ſcripta direxit.

¶ Capitulum.xxij.

Conſtātius victor ac triūphator auguſt⁹ vniuerſis ep̄is arimino cōgregatis. Semꝑ equidē et pro oībus cogitare nos de ſacra ꝛ adorāda lege nō ignorat vr̄a benignitas. Nūc aūt viginti quos vr̄a ſapia deſtinauit ep̄os: legatiōis ſue cā iterum videre nequim⁹ cū ſit nobis neceſſarium circa barbaros iter. Et ſicut noſtis decet aīo puro ab oī cogitatione vtilitatē diuine legis examinare. Iuſſim⁹ igit̄ ep̄os in adrianopoli noſtrā ſuſtinere regreſſionē vt cū vniuerſa res publica fuerit bn̄ diſpoſita tūc q̄ geſſerūt audire poſſim⁹. Ur̄e aūt ſcitati nō videat̄ oneroſu; eoꝝ expectare regreſſu; vt dū redeūt nr̄; vobis referētes reſpōſu; ꝑducere poſſitis ad terminū q̄ eccl̄ie catholice vtilia eē noſcunt̄. Has lr̄as ſuſcipiētes ep̄i talia denuo reſcripſerunt. ¶ Capitulum.xxiij.

Literas clemētie. tue ſuſcepimus dn̄e deo amabilis impator q̄b⁹ cōtinet̄ q: ꝓpter neceſſitatē publicā interim nō potuiſtis noſtros videre legatos: noſq; iuberis vt eorū ſuſtineamus aduētū donec que a nobis decreta ſunt et noſtris ꝓgenitoribus conſonare noſcuntur: ab eis pietas vr̄a cognoſcat. Quā obrē et nunc per has literas profitemur atq; firmamus nequaq̄ nos a propoſito noſtro recedere hoc etiā nr̄is legatis iniunximus. Supplicam⁹ igit̄ vt aīo tranquillo et pn̄tes nr̄e mediocritatis literas relegi iubeas: vt illa que per legatos noſtros mandauimus liben=

ter accipias. Illud itaq̧ nobiscū cōsiderari tua mansuetudine debet quanta sit modo tristicia quantusq̧ meror: vt beatissimis tēporibus tuis tante ecclesie priuate videantur epis. Et ꝓpterea rursus tuā clementiam deprecamur: domine deo amabilis imperator: vt cū asperitatem hyemis si tamē vestre placet pietati nos ad nr̄as ecclesias remeare ꝑcipias quatinus etiam nūc possimus oīpotenti deo et dn̄o saluatori nostro xp̄o eius filio vnigenito pro tuo imperio solennes orationes celebrare cū ppl'o. ¶ Capitulū .xxiiij.

Cum hec scripsissent ⁊ modicū sustinuissent tēpus: īpator ⁊ nullū donāte respōsuȝ ad ciuitates ꝓprias recessersit princeps aūt cū ⁊ pri⁹ cōtenderet arrianā sectā p eccl'ias seminare: occasionē iniurie sue illoꝝ habuit discessionē dicēs se contēptū eo q̧ preter iussionē ei⁹ cōciliū videret esse solutū. Quapropter vrsatio ⁊ hijs q̄ circa eū permissionē dedit cōtra ecclesias agendi fiducialiter quodcunq̧ placuisset. Explanationē vero lecte in arimino fidei iussit per ecclesias ytalias destinari: precipiēs vt nolētes in ea subscribere pellerentur ecclesijs et in eorum locis alij subrogarentur episcopi.

¶ Socrates. ¶ Capitulum .xxv.

Ursatius autē eiusq̧ cōsentanei ab ytalia discedētes venerūt ad ciuitatē trachie noīe nicā. Quo breui tpe cōmorātes aliō fecere ꝯciliū. Et lectā i ariminio expositionē fidei greco interpretātes eloq̄o publicatā cōfirmauerūt ⁊ postea diuulgabāt eā eē fidē q̄ ab vniuersali ꝯcilio ⁊ dictata erat ⁊ edita nicee vt sīlitudine nois niceni simpliciores hac subreptiōe deciperēt: putabāt enī i nicea bithinie eē dictā fidē ſȝ nihil ꝓfuit eis tale ꝯmētū. Post paululū naq̧ cōfusi atq̧ derisi sunt. ¶ Sozomen⁹. ¶ Capitulū .xxvi.

Interea sentiēs athanasius sibi insidias preparari nequaq̄ ad imperatorē venire presumpsit neq̧ hoc vtile iudicauit: sȝ electos ex egypto quinq̧ epos: inter quos serapionē thumitanēsem viruȝ precipua vita sanctū ⁊ ad loquēdū valde copiosum: mittit ad principē tūc in occidēte degentē. Cū quib⁹ etiā tres presbyteros p quos sibi placaret imperatorē et pro derogationibus satisfaceret inimicorū aliaq̧ facerēt que ei vel ecclesijs expedirēt. Quibus nauigantibus paulopost litere venerūt imperatoris euocātes eū. Ob quā rē athanasius et ppl's est turbatus cū neq̧ heretico imperatori obedire cautū esset: neq̧ reluctari sine periculo. Uerūtn̄ ire distulit et literaꝝ portitor sine effectu reuersus est. Supueniēte autē estate veniēs alius ab imperatore missus cū prouincie iudicibus cogebāt euȝ. Clerosq̧ nimis erat infestus. Porro populum paratuȝ videns ad bellū etiā iste reuersus est. Nōmulto post tēpore cōgregant ex egypto ⁊ libia legiones. Et cū nūtiatum fuisset celari athanasiū in ecclesia q̄ vocat theone assumēs milites dux eorū ⁊ hilariū ab imperatore denuo destinatū: inopinate fractis ianuis i ecclesiā introiuit. Et vbiq̧ requirēs athanasiū nō inuenit. Dicit enī q̧ sepius diuino nūtio pericula multa fugerit sicut etiaȝ deo ꝓuidēte hoc discrimen euasit. ¶ Sozomenus. ¶ Capitulum .xxvij.

Ex his ⁊ huiusmodi factis: ei a deo prenūtiatis a paganis ⁊ hereticis appellabatur mag⁹. Sermo naq̧ fert eo q̧ aliquādo eo procedente per ciuitatē contigit auolantē corniculam clamitare. Quo facto astans multitudo paganoꝝ velut mago derogantes: petebant vt eis aperiret quid cornicula illa significaret. Ille vero fert silētio dixisse subridēs. Cras latina lingua dies vētura significat. Hoc ergo clamās tristē vobis existimo: significat diē imperatoris romani iussionē. Et ita cōtigit vt athanasij sermo lȝ derisus fuerit venerit ad effectū. Altera naq̧ die principis litere veniūt ad iudices: iubentes vt pagani sua ingredi nō pmitterent ad tēpla: neq̧ solēnes supstitiones festi=

nitateſqꝫ celebraret. Tūc ergo feſtiuitas
eorū venerabilis generaliſqꝫ deſtructa.
¶Socrates. ¶Capitulum.xxviij. A

Cum igitur fre

quēter ſicuti dictū eſt atha-
naſius pericula declinaſſet:
clerus ⁊ populus ei fauēs te-
nebat eccleſias: donec prefectus vt di-
ctum eſt egypti et dux militum eijcienti-
bus eos et ſuſtinētibus georgiū eas con
traderēt. Qui nō multo poſt veniēs eccle
ſias ſuo iure poſſedit. Qui dū preter ſche
ma et mores ſacerdotij violētus exiſteret
⁊ maxime circa athanaſij laudatores q̄-
bus vtiqꝫ vincula et plagas viris et fe-
minis velut tyrānus inferebat: accenſus
populus pene peremerat eum: niſi vix
ereptus fugiſſet ad principē. Quo facto
rurſus ſequaces athanaſij eccleſias mul
to tpe tenuerūt. Quas iterū veniēs dux
egypti georgij noſcitur tradidiſſe fauto-
ribus. Poſt hec autem exceptore princi-
pis veniente multi alexandrinoꝝ ſuppli
cio traditi ſunt. Poſtq̄ etiā ipe georgius
terribilior ſuperuenit: ⁊ priori tēpore ma
gis odibilis tāq̄ q̄ mouerit principē ad
multorum necē. Cui B vtiqꝫ deroga-
bant egyptij monachi quorū gloriā mul
titudo vniuerſa ſequebatur ⁊ vera eoꝝ te
ſtimonia iudicabāt: q̄ summe philoſo-
phie virtute degebant. ¶Theodo.

¶Qui igitur expoſitam fidē nice trachie
oēs accuſant milites veritatis: ⁊ p̄cipue
habitantes heſperiū teſtantur litere ab
eis ad illiricū deſtinate. Quarū literarū
auctor fuit eps eccleſie romane tunc da-
maſus qui poſt liberium pōtificatus iu-
ra ſuſceperat multis virtutū ornatus in
ſignibus: habuitqꝫ i his literis nonagin
ta conſortes ex italia atqꝫ gallijs i roma
na vrbe cōuenientes. Quorū noīa pp̄ter
multitudinē ponere diſtuli. Textus au-
tem epiſtole talis eſt. ¶Capitulum.xxix.

Damaſus et vale

rian⁹ ⁊ ceteri epi Dilectiſſimis
fratribus in illirico conſtitutis
epis in dn̄o ſalutē. Credim⁹ ſanctam fi-
dem veſtram in apoſtolorum eruditionē
fundatam hanc tenere: et hanc populis
vniuerſis exponere: que videlicet a con-
ſtitutis patrū nulla ratione diſſentit per
quos iuſtū eſt ceteros erudiri. Sed rela
tione gallicanorū venetorū fratrū quoſ
dā hereſibus fauere cognouim⁹. Quod
malū nō ſolum cauere debēt epi ſed etiā
reluctari cōtra ea que geſta ſunt imperi
tia aut ſimplicitate: quorūdā prauis in-
terpretationibus deceptorū. Varijs ergo
doctrinis non docet labefactari: ſed ma-
gis patrū noſtroꝝ roborari ſententiam.
Auxenciū igitur mediolani precipue in
hac cauſa dānatū eſſe preſcriptū eſt. Un
de iuſtū eſt oēs in vniuerſo romanoꝝ or
be doctores legis: ea que legis ſunt ſape
re/et non fidē doctrinis varijs maculari
Itaqꝫ dū primū hereticoꝝ cepiſſet nequi
tia pullulare ſicut etiā nunc blaſphemia
nephandorū patet arrianorū. Tunc pa-
tres noſtri trecētidecē ⁊ octo electi: habi
to tractatu in vrbe nicena hunc murū fir
miſſimū contra arma dyabolica ſtatue-
runt: et hoc remedio venena mortifera
ſunt expulſa vt pater ⁊ filius vnius diui
nitatis/vnius virtutis/vniuſcuiuſqꝫ ma
gnitudinis debeat credi vniuſqꝫ eſſent. e
ſiue ſubſtantie ſimul et ſpūſſanctus. Ali
ter vero ſapientes alienos eſſe a noſtra
cōione iudicauerūt. Quem terminū ſalu
tarē adorabilēqꝫ deliberationē corrūpe-
re quidā alijs cogitationibus atqꝫ teme
rare voluerūt. Sed in ipſo principio ab
his ipſis qui in arimino renouare atqꝫ
retractare cōpellebātur vſqꝫ ad hoc cau
ſa correpta eſt: vt confiterentur alia ſibi
circūuentione ſubreptū aut certe q̄ non
intellexerunt patrū ſentētie in nicea cō-
ſtitute hoc eſſe contrariū. Neqꝫ eñi preiu
diciū aliquod fieri potuit p numerum ari
mino cōgregatum: quādo cōſtat neqꝫ ro
manum epiſcopum cuius ante omnia de
cebat eos expectare decretum: neqꝫ vin-
centiū qui tantis annis epiſcopatum in
uiolabiliter cuſtodiuit: neqꝫ alios talib⁹
prebuiſſe conſenſum: maxime dum ſicut
prediximus iſti ipſi qui per cōuentionem
declinaſſe videbantur ipſi denuo vtētes
meliori concilio: hec ſibi diſplicere teſta
ti ſunt. Perſpicit itaqꝫ veſtra ſalubritas
hanc ſolā fidem que nicea apoſtolorum
auctoritate fundata eſt eſſe perpetuo fir

mitate ſeruandam. et ſimul orientales
hoc tacere nobiſcū qui ſe catholicos eſſe
cognoſcunt: occidentales etiam gloria-
ri. Credimus autem languentes in iſto
conamine: non tarde noſtram ſperādos
eſſe cōionē: et ab eis epiſcopatus nomen
auferri quatinus populi eorum liberati
errore reſpirent. Nullo eñ modo a dece
ptione poterunt corrigere populum: qui
deceptionis laqueo detinentur. Concor-
det igitur cum omnibꝰ dei ſacerdotibus
etiam charitatis veſtre ſententia in qua
vos ſtabiles ac firmos exiſtere iudicamꝰ
Sic ergo etiā nos vobiſcū recte credere
debemus veſtre nos caritatis letificate
reciprocis literis. Valete fratres cariſſi-
mi. Sed et maximus athanaſius in epi-
ſtola quam ſcripſit ad afros taliter de
ariminenſi concilio diſputauit.

¶ Sozomenus. ¶ Capitulū. xxx.

Is itaqꝫ prola/
tis quis recipiat eos q̄ arimi
nēſe aut aliud concilium pre
ter nicenū noiare preſumunt:
aut quis non habeat eos odioſos qui re
ſpuunt quidē conſtituta patrū: et ea que
nuper arimino contentioſe atqꝫ violēter
compoſita ſunt preponunt? quis iſtis cō
cordabit hominibus neqꝫ propria reci-
pientibus: nam in ſuis decem et amplꝰ
ſicut prediri conciliis alio tempore aliud
conſcribentes manifeſta ſunt: q: ſingula
eorū accuſare noſcuntur. Et hoc patiun-
tur quod tunc iudei proditores perpeſſi
ſunt. Nā ſicut illi relinquentes ſoluꝫ fon
tē aque viuentis lacus ſibimet foderunt
qui aquā continere nō poſſunt quod ſcri
ptū eſt apud hieremiā prophetam: ſic et
iſti reluctātes vniuerſali concilio fode-
runt ſibi multa concilia que apud eos
inania ⁊ virtutem non habere manifeſta
ta ſunt. Non igitur patiamur eos q̄ pre-
ter nicenū ariminenſe preſumūt: vel aliō
nominare cōciliū cū et ipſi qui ariminen
ſe ſuſcipiunt ignoraſſe que in eos geſta
ſunt noſcūtur. nā tacere potuerant. No-
ſtis eñ cariſſimi cognoſcentes et vos a
vr̄is q̄ tūc interfuerunt arimino: quoniā
vrſatius ⁊ valēs eudoxius et auxētius ſi
mulqꝫ aymophilus condemnati ſunt: vo
lētes aliud q̄ ſtatutū eſt nicea cōſcibere
quando compulſi anathematizare arria
nā hereſim reſpuerūt cui potius patroci
nari conati ſunt. Epiſcopi vero vere inte
gri dñi ſerui recteqꝫ credētēs: pene ducē
ti conſcripſerunt ſufficere nicenam ſolū
modo fidē. et nihil amplius nihilqꝫ mi-
nus preter illaꝫ querere velle ſeu ſapere
Hec eñ etiam cōſtantio ſignificauerunt
qui iuſſerat celebrari cōciliū. ¶ Socra.

¶ Capitulum. xxxi.

Interea mace/
donius vicinas conſtātinopo
litane vrbi prouincias ciuita
teſqꝫ turbabat: excitans mini
ſtros ꝓprij languoris aduerſus eccl'ias:
et in cirrico quidē eleuſiū fecit epm: in ni
comedia maratonium: qui primū dyaco
nus fuerat/habens ſtudiū conſtituendi
monaſteria virorum ac feminarum. Is
itaqꝫ macedonius epiſcopatu potitꝰ affli
gebat eos qui illi conſentire fugiebant:
et non ſolū orthodoxos ſed etiā nouacia
nos; ſciens eos quoqꝫ ſubſtantialitatis
nomē ſuſcipere. Quoꝝ epiſcopus ageliꝰ
perſecutione faciente fugijt. Plurimi ve
ro inſignes viri detenti/nolenteſqꝫ ei cō
municare puniti ſunt. Qui poſt tormen-
ta violenter cōionem ore ſuo ſuſcipere ⁊
tenere compellebantur. Ligno nāqꝫ ora
hominum aperientes: eis ſacramenta
deponebāt. Porro mulieres et paruulos
arripientes communicare cogebant. Si
q̇s vero cōtradiceret: mox plage vincula
⁊ tormēta ſequebant: ita vt etiā feminaꝝ
cōmunicare nolētiū māmillas in arca cō
primentes abſcinderēt. Aliarū vero aut
ferro aut ouis ardētibus eadē mēbra cō
burerent. Quod ego ab axono ſene q̄ ea-
deꝫ ſupplicia eſt paſſus audiui. ¶ So
crates. ¶ Hec igiṫ macedonij pro chri
ſtianitate orte ſunt actiones/cedes/pu-
gne/ſollicitatiōes/inteſtina bella. Que
res non ſolum apud eos qui ledebātur:
ſed etiam apud familiares et odium ve-
hementer excitauerunt. Offendit autem
etiam ipſum imperatorem B et pro
hoc et pro alia huiuſmodi cauſa. Domꝰ
in qua erat arca Conſtantini principis
corpus habens, ruinam minabatur.

Ideoqꝫ cuſtodes eius et qui ad orationem intrabant erant poſiti ſub timore. Macedonius ergo cogitauit imperatoris oſſa transferre ne arcam ruine caſus cōprimeret. Hoc agnoſcentes populi ꝓhibebant dicētes: nō oportere principis oſſa migrari ne quaſi exorbiri oſſa viderētur. Ob quā rē in duas partes popul⁹ eſt diuiſus: alijs dicētibus nullā eſſe migrato mortuo leſionē alijs aſſerentibus eſſe nephas. Cū quib⁹ etiā erāt omouſij deſenſores. Macedonius autē paruipēdens verba contradicentium tranſtulit corpus imperatoris in eccleſiam vbi corpus iacet martyris acatij. Quo facto concurſus diſcordantium populorum ad illam venit eccleſiā: τ ad manus vſqꝫ peruentum eſt: ita vt multi hominū morerētur et veſtibulū eccleſie ac vicina portic⁹ ſanguine cōpleretur. Hoc agnoſcens imperator iraſcitur cōtra macedoniū τ propter eos qui mortui ſunt τ q: corpus patris eius abſqꝫ illius cōſilio migrare p̄eſumpſerit. Relinquēs ergo gubernatorē heſperiarū partiū ceſarem iulianū: ipſe pergebat ad orientem.

¶ Theodoritus. Capitulum.xxxij.

LEontius igit anthiochenus eps̄ cum eſſet arrianus τ languorem ſuū celare nitebatur. Uidēſqꝫ diuiſos ſacerdotes τ populū τ alios dicētes/gloria patri τ filio: alios gloria patri per filiū τ ſpirituiſctō: ipſe ſub ſilētio dicebat orationē τ nihil aliud audiebāt aſtantes niſi cū diceret in ſecula ſeculoꝝ. Et ſi quidē hoc nō maligne feciſſet diceretur quia ꝓ concordia populi fieret. Sꝫ q: τ contra milites veritatis acuebatur/ et non niſi hereticos ꝓuehebat/oſtendebat celare peſtē modo amore populi mō formidine preſſus imperatoris qui filiū diſſimilē ꝓhibuerat dici. Ea ſiquidē tēpeſtate etius magiſter eunomij qui arrij blaſphemiā ſuis opinionibus auxerat: i dyaconat⁹ ordine miniſtrabat. Sꝫ flauianus τ diodorus monachicā qdē amplectētes vitā: clare aūt ꝓ aplicis dogmatibus laborātes eꝑi anthiocheni leoncij redarguerūt q̄ʒ ꝯ pietatē gerebat inſidias dicētes quia elegiſſent virū ſtudijs malignis imbutū q̄ impietatis cā culmē ſumpſiſſet potētie atqꝫ ad eccleſie cladē dyaconatus haberet nomē. Mirabātur aūt etiā ab aplica cōione ſuſpēdi: τ heſperiā veniētes eaqꝫ callide gerebant aperire. Hoc metuēs leoncius ab officio ſuſpendit etiū. Alijs tū reb⁹ fouebat eū. Porro mirabilis illa ſocietas .i. B flauian⁹ τ diodorus ſacerdotali miniſterio nōdū potiti populis tū nimiū cōplacētes: noctib⁹ ac dieb⁹ cūctos ad zelū pietatis armabant. Iſti nāqꝫ primi in duas partes choros pſallentiū diuidētes ex ſucceſſione dauiticā melodiā cātare docuerunt. Et hoc in anthiochia primit⁹ fieri cepit. Et diſperſum ad terminos toti⁹ orbis vſqꝫ puenit. Iſtis diuinos amatores ad ſe. pulchra martyrū ꝓuocātes: vigilias celebrabāt cū illis laudātes deū. Hec leontius intuēs ꝓhibere qdē iudica C uit incautū cū videret multitudinē valde viris illis optimis adherere. Sed vtēs māſuetudie ſermonū poſcebat ab eis vt has feſtiuitates in eccleſijs poti⁹ celebrarēt. Cui⁹ quidē calliditatē integre cognoſcētes qđ iubebaꝛ egerūt et amatores ſuos ad eccl̄ias cōgregarūt: vt alacriter deū ꝯcordi voce lauderēt. Sꝫ leontius fiet⁹ nō eſt vt a ſua malicia tēperaret. Uultū nāqꝫ māſuetudinis gerēs ſtephani τ flacite celauit iniquitatē. Hos em̄ aduerſarios dogmatis recti ſuſcipiēs lꝫ turpem habētes vitā ad preſbyteratus tū ordinē τ dyaconatus euexit. Eos autē q̄ vniuerſis virtutib⁹ ornabātur: τ aplica dogmata defendebant: abſqꝫ honore deſeruit hac gratia. Clerus quidē multos habebat hereticos. popul⁹ vō maxime pro dogmatū rectitudine decertabat ita vt neqꝫ doctores illoꝝ blaſphemiā ſuā nudare p̄ſumerēt. Quid aūt flacitas et ſtephan⁹ atqꝫ leoncius ipietatis τ iniuſtitie anthiochie geſſerint op⁹ ꝓprie ꝯſcriptionis exqrit. Nos aūt ad reliq̄ veniamus.

¶ Capitulum.xxxiij.

GErmanicia ciuitas eſt in termino cilicie ſyrie τ capadocie cōſtituta. Huius vrbis eccleſiē p̄ſidebat eudoxius. qui

morientе leontio abripuit anthiochie ſedem: ⁊ cepit ſua ferocitate vineã vaſtare dñicã. Neqꝫ tã celabat ſicut leontius maliciã ſuã. ſed aperte aplicis dogmatibꝰ repugnabat: ⁊ orthodoxos multis cladibus affligebat. Eo tpe ancirane eccleſie poſt marcellũ baſilius preſidebat. Euſtachius ꝓo ſebaſtie armenie: qui iniqtatem eudoxij ⁊ rabiem cognoſcẽtes: cõſtantio in occidẽte poſito literis ſuis indicauerũt. Erãt em̄ imperatori noti: ⁊ ꝓpter claritatẽ vite eius fauore potiebãtur. Quod dũ cognouiſſet cõſtantius anthiocenis ſcripſit: q: non ꝯ ipſe eudoxio eccleſie cõceſſerit preſulatuꝫ ſicut ille vulgabat: ipſumqꝫ eudoxiũ expelli ⁊ penas geſtoꝝ ſuoꝝ in nicea bithinie dare precepit: iubẽs ibi celebrari conſiliũ. In ſe em̄ eudoxius egerat apud pontes palatij vt in nicea ſynodus ageret. Sed omniũ preſcius deus agnoſcens futura ac ſi iaꝫ fuerint geſta: quodã terremotu terribili ꝓhibuit cõciliũ celebrari. Plurimam nãqꝫ ciuitatis partẽ terremotus ille deſtruxit: ⁊ multos habitãtiũ interemit. Hoc agnoſcẽtes qui cõuenerãt ad ſuas reuertunt̄ eccleſias. Arbitror em̄ hoc dei ſapientia geſtũ in illa nãqꝫ ciuitate aduerſus arriũ a ſanctis patribꝰ aplice fidei doctrina ꝓlata eſt. Et forte ſcḋa congregatio potuit illic ſentire cõtraria: vt arrianis accuſatio eo noie preberet̄: quo magis ſimpliciores capere poſſent tãqꝫ illã veterẽ ſynodum ꝓferẽtes. Sed eccleſiarũ ꝓſpector citius ſoluit tale cõciliũ.

Sozomenus.

In momento ſiquidem tẽporis ciuitate concuſſa: neqꝫ fugere potuerũt ſed primo experimento periculi ſunt perempti. Dicitur autẽ ante ꝙ fieret iſtã cladem quẽdam ariſatiũ militem preuidiſſe genere perſam: qui ſub licinio confeſſor effectus: relictaqꝫ militia in turre ciuitatis diuinã ꝓ hiam exercebat. Cui ſuperna viſitatio aperte precepit exire de ciuitate paſſura q̃ poſt paululum fierent manifeſta. quo facto cũ velocitate ad eccleſiã currens nũtiauit eccleſiaſticis vt dño ſupplicarent qui eos ab imminenti periculo liberaret. Quibus cũ videretur eſſe ridiculũ reuerſus ad turrim pronus lachrymas cepit effundere. Inter ea terremotu ſuperueniẽte plurimi perierunt reliqui ꝓo per agros ⁊ montana diſperſi ſunt. Ariſatius aũt in illa turre repertus eſt mortuꝰ ꝓnus iacẽs ſicut ſolebat orare. Sermo tñ eſt quia anteqꝫ moreretur rogauerit deũ vt prius eiꝰ finiret vitam ꝙ cladeꝫ inſpiceret ciuitatis in qua priꝰ xp̄m agnouerat ⁊ eccleſiaſticã videbatur participatus eſſe phiam. Is em̄ cõuerſatione digna etiam demones effugabat. Quodã nãqꝫ tẽpore dũ aliquis demonio vexaretur euaginato gladio cepit per totam diſcurrere ciuitatẽ. Cũctiſqꝫ fugiẽtibus occurrẽs ei ſolus ⁊ nominãs xp̄m ſermone mũdauit virũ ⁊ fecit ab illo furore quieſcere. Inter cuiꝰ diuerſa virtutũ ornamẽta etiã hoc meminiſſe conueniret. Erat draco ante nicomediam qui trãſeũtes ſuo flatu perimebat habebatqꝫ cubile circa quandã vallẽ. Quo ventẽs ariſatius orauit. Tũ ſponte egrediens ille ſerpens ac ſecundo caput percutiens interemptus eſt. Hi mihi retulerunt qui eundem ariſattum viderunt.

Socrates. Capitulum. xxxiij.

Hunc igit̄ de alia ſynodo quã velut ad inſtar ariminenſis cõcilij in oriẽte. Cõſtantius imperator fieri iuſſerat pauca narrabo. Egerat em̄ primitus vt in nicea bithinie cõgregarent̄ epi. Quoꝝ cõuẽtũ ꝓhibuit maximꝰ terremotus. Hoc em̄ cõtigit ꝯſulatu taciani ⁊ cerialis: octaua die mẽſis auguſti. Tractabant ergo trãſponere ſynodũ in vicinã nicee ciuitatẽ. Qḋ cũ diſplicuiſſe rurſus volebãt i tharſo cilicie cõuenire. Deinde placuit apud ſelentiã iſaurie q̃ vocat̄ aſpera celebrare ꝯciliũ. Qḋ factũ eſt ꝯſulatu euſebij ⁊ ypacij. Fuerũtqꝫ qui cõuenerũt numero cẽtũ ſexaginta. Cũ quibꝰ aderat vnꝰ in palatio clarus noie leonas. Quo p̄ſente: qñ ẽ fidei expõnẽdã imperatoris iubebat oraculũ: ſimulqꝫ p̄ceptũ fuerat adeſſe lauriciũ militẽ iſaurie ducẽ vt in quo opꝰ eſſet epis miniſtraret. Cõuenerũt ergo viceſima ſeptima die ſeptẽbris mẽſis ⁊ ſub geſtoꝝ cõfectione diſputabãt. Aderãt etiã

exceptores vtriuſq; partis verba ſignan
tes:q̄ ſub vno apud ſabinū collecta repe
riūtur. Nos:aūt capitulatim iſta deſcri
bimus . Prima ſiquidē die leonas iuſſit
vt q̄ viderētur vnicuiq; p̄ponerent. Por=
ro qui p̄ſentes erāt nō pri⁹ dixerūt quāli
bet mouēdam eſſe queſtionē:niſi reliqui
blice currebāt: atq3 impetu facto clama-
bāt deūq3 ſuū: et cunctis hominibꝰ teſta-
bant ſe eſſe chriſtianos ⁊ in eo noie p̄ma
nere: atq3 p ignorātiam ſe feciſſe: ⁊ ſi dici
poſſet ſolā manū paganā eſſe: cōſciētia3
vo nihil ſimul egiſſe. Cūq3 veniſſent ad
principē p̄iecerunt aurū qd acceperāt et
forti voce poſcebāt vt reciperet quod de
diſſet, et illos occideret. Se em penitētiā
agere fatebant eo q̄ improuide eorū dex
tera peccaſſet: ⁊ ſtudere p̄pter chriſtū to-
tū corpꝰ pene cōtradere. B ¶ Theo
doricus. ¶ Hec igit furorem mouerunt
imperatoris. Et primo quidem eorū ca
pita iuſſit auferri. Cunq3 deducerentur
ad morte3 ſequente populo miratiq3 vir
tutem eorum proprietate ſuſceptam / ve
nerunt ad locum quo rei puniri ſolent.
Tunc ſpiculatorem rogauit ſenior om-
nium vt ante omnes caput cuiuſdam no
mine romani adhuc adoleſcentis abſci-
deret / ne dum alios reſpiceret frangere
tur Cunq3 ille genua fixiſſet in terra et
gladium ſpiculator euaginaſſet / venit
repente nuncius clamore prohibens ne-
cem. Porro iuuenculus ille ait occiſione
priuatus. Non fuit romanus dignus vt
chriſti martyr appellaretur: et licet ſan-
guinem malignus imperator fundi pro-
hibuiſſet ductus inuidia veruntamē nō
eos in ciuitatibus habitare permiſit. ſed
ad vltima romanorum loca exilio deſti-
nauit ¶ Sozomenus ¶ Poſtea ve-
ro precepit vt qui ſacrificare noluerint
in palatio non intrarent / et neq3 colle-
gio neq3 foro eos neq3 arbitrio neq3 vlla
dignitate: nec qualibet amminiſtratiōe
participare iuſſit. ¶ Theodoricus.

¶ Capitulum.xxxi.

CUm igitur iu-
lianus apud pythyū dafneū
peteret reſponſa de parthici
belli victoria: et ille vicinita
tem corporis babile martyris accuſaret
iuſſit eius corpus auferri. Ob quam re3
cū chriſtiani feſtiuitatē deducto corpore
pſallentes agerent ⁊ indignatione prin-
cipis q̄dā theodorꝰ iuuēculus multa paſ
ſionū tormēta pertuliſſet. Hoc ita geſto
fallax demō martyris q̄dē gloria3 auxit
ſuū vo mēdaciū clarius enudauit. Ful-
mē nāq3 celitus miſſum oē tēplū accen-
dit ipſu3 phiticij appollinis ſimulachrū
redegit in puluerē. Erat em ligneū ⁊ ex-
trinſecus deauratū. Quod noctāter pre-
fectus orietis tūc noie iulianꝰ iuliani ci-
uis agnoſcēs: feſtināter venit ad dafnen
volēs referre deo ſua ſolatia. Uidenſq3
eū redactum in cinerem choros verberi-
bus affligebat: credēs hoc ab aliquo chri
ſtiano fuiſſe cōmiſſum. Qui licet torque
rētur tamen mentiri noluerunt clamā-
tes incēdiū nō deorſu3 ſed de ſurſum ha
buiſſe principiū. Ad hec etiā ruſticiuici-
norū venientes locorum dixerunt ſe vi-
diſſe fulmen celitus fuiſſe delatum.

¶ Capitulum.xxxij.

Interea iubent
vaſa eccl'iaꝝ ſacra fiſci erario
deputari. Sublatiſq3 ianuis
eccl'ie maioris fit cunctis ac-
ceſſibile ſanctuarium. Ingrediente ſiqui
dem iuliano prefecto orientis eccleſiam

felix prepoſitus regaliũ theſaurorũ pa=
riter introiuit et ſimul hepidius comes
rerũ priuatarũ. Aiũt eñ ⁊ felicẽ ⁊ helpi=
diũ primitꝰ chriſtianos.tũc a pietate re=
ceſſiſſe:impio principi parere cupientes
Julianus itaqꝫ prefectꝰ impudiẽter con=
tra ſacrũ altare minxit.Quẽ dũ euzoius
ꝓhibere tẽtaret:eũ ille ꝑcuſſit in capite.
Ferũ aũt dixiſſe q: religio chriſtiana eẽt
diuina ſollicitudine deſolata. Porro fe=
lixvidẽs vaſorũ ornamẽta q̃ cõſtãtinus⁊
cõſtantius frequẽter obtulerãt. Ecce in
q̀bus inq̀t vaſis marie filio miniſtratur.
Sz ꝓ his impietatibꝰ veſaniſqꝫ preſum=
ptiõibusnõ poſt multũ pena exacti ſunt.
Nãqꝫ rẽpẽte iulianꝰ ſeua infirmitate de
tẽtus viſceribus putrefactis interijt. Et
fimũ non ꝑ meatus digeſtibiles emitte=
bat:ſed ſceleſtũ os quod blaſphemijs mi
niſtrauerat organũ hoc egeſtionis eſt fa
ctũ.Aiũt eñ eiꝰ vxorẽ fide fuiſſe clariſſi=
mã eamqꝫ dixiſſe.Decet te marite lauda
re ſaluatorem chriſtum quoniaz tibi per
hanc correctionẽ magnitudinẽ proprie
virtutis oſtendit. Non eñ agnoueras cõ
tra quẽ dimicare voluiſti:niſi cõſueta lõ
ganimitate hec tibi flagella diuinitꝰ in=
tuliſſet . Hijs ergo verbis ⁊ paſſionibus
imminentibus cauſam languoris agno=
ſcens rogabat imperatorem vt eccleſia
quibus fuerat ſublata redderetur. Sed
nec illũ flexit⁊ ipſe terminũvite ſuſcepit.
Porro felix et ipſe repente flagellum vir
tute diuina ſuſcipiẽs ſanguine tota die
ſimul et nocte ex ore fuſo:et venis corpo=
ris vndiqꝫ vacuatis omniqꝫ virtute ſi=
mul expenſa ⁊ ipſe celeriter eſt extinctus
eterneqꝫ morti cõtraditus. ¶Ca.xxxiij.

His ita geſtis
adoleſcens q̀dã ſacerdo=
tis filiꝰ ĩ paganitate nutri
tus:ea tẽpeſtate ad xp̃ia=
noꝝ trãſlatus eſt chorum
Erat eñ tũc quedã inſignis reuerentie
mulier⁊dyaconiſſe honore fulgebat.Hec
cũ huiꝰ mr̃e habuit amicitias q̃ ſepius
dũ eiꝰ mr̃ ad eã veniret/hũc infantẽ am
plectebat ⁊ ad cultũ xp̃iani nois inuita=
bat.Porro matre defunctavenicbat ado
leſcẽs ad eã:⁊ doctrina cõſueta frueba=
tur.Cũqꝫ firmiſſime eius conciliũ perce=
piſſet:requiſiuit doctricem quo poſſit ar
gumento ⁊ p̃ris ſupſtitionẽ declinare et
predicationẽ veritatis adipiſci.Que di=
xit vt patrẽ fugeret ⁊ creatorẽ ſuum atqꝫ
illius potius ſequeretur atqꝫ ad aliam
iret vrbẽ in qua latẽter imperatoris im=
pij manus effugeret:ipſam ſe eius curaz
habere ꝓmittẽs.Ad quã adoleſcẽs.Re=
uertar inq̀t poſtea ⁊ animã meã tibi cõ=
tradã.Cũ vero pauci trãſiſſent dies iu=
lianus venit ad dafnez:celebraturus pu
blica ſacrificia.Cũ quo etiã huiꝰ pater.
Erat eñ ſacerdos⁊ ſequi cõſuctus impe
ratorẽ.Cũ quo erat ⁊ iſte puer eiuſqꝫ fra
ter habẽtes officiũ vt cibos imperatori
apponerent.Solebant eñ ſeptẽ diebus
in dafne feſta celebrari Prima ſiquidem
die cũ ſtaret iſte ante imperatoris accu=
bitũ:⁊ epulas ſolẽniter aſperſiſſet:reple=
tus horrore cũ celeritate anthiochenam
venit ad ciuitatẽ ad illã mirandam mu=
lierẽ.Quo facto.ego inquitveni nequaqꝫ
tibi de ꝓmiſſiõe mẽritꝰ. Tu ꝟo vtriuſqꝫ
ſaluti cõſulẽs ꝓmiſſa cõple.At illa repẽ
te ſurgẽs apꝺ dei virũ meletiũ perduxit
adoleſcẽtẽ:verũ ille in ſuꝑiori habitacu=
lo interim eũ habitare ꝓ̃cepit. Pr̃ iterea
filiũ req̀rens ⁊ dafnim circuibat oẽm.Et
ad vrbẽ veniẽs plateas cũctas ꝑambu=
labat⁊ vicos oculisvbiqꝫ currentibꝰ⁊ eũ
inueſtigari deſiderantibus.Cũqꝫ perue
niſſet ad locũ vbi habitaculũ ſctũs mele
tius habebat ſuſpiciẽs vidit illũ de feue
ſtra reſpiciẽtẽ.Et currẽs traxit ac depo=
ſuit:atqꝫ ad domũ vſqꝫ ꝑduxit. Primũqꝫ
eũ multis flagellis afficiẽs deinde cale=
faciẽs obolos/manibꝰ ac pedibꝰ ⁊ dorſo
eiꝰ impoſuit:Poſt hec vinctũ in cubiculo
clauſis ianuis dereliquit et ita perrexit
ad dafnen.Hec ego a viro iam ſene cum
narraret audiui.Qui etiam hec adiecit:
qm̃ ſpiritu diuina gratiaqꝫ cõpletus con
triuit oĩa p̃ris idola ⁊ eoꝝ infirmitati ce
pit irrogare blaſphemias.Quo factomẽ
te percipiens qꝺ egiſſet:formidauit pre=
ſentiam patris:rogauitqꝫ dominum chri
ſtum vt ei ferret auxilium:clauſtraqꝫ cõ=
fringeret et ianuas aperiret. Propter te
inquit talia domine pertuli et hec agere
non expaui.Cuz hec inquam dixiſſet ce=

ciderunt repente clauſtra:apertecꝫ ſunt
ianue.At ille rurſus ad magiſtrā venit.
que continuo cuꝫ induens ſchemate mu
lieris:et in tecto reſidere conſtituēs poſt
paululuꝫ obtulit rurſus ſancto meletio.
Qui cum epō cyrillo hieroſolimitano cō
tradidit:et ita venerunt noctāter in pa-
leſtinā.Uerum poſt iuliani mortem etiā
patrē iſte duxit adveritatē xp̄ianā:quod
iter quocꝫ alia nobis expoſuit.C.xxiiij.

PRæterea iulianꝰ
cōtra fidei pietatē impudētiꝰ
armabatur:⁊vultu quidē ſe ſi
mulat mitē:porro laqueos in
ſtruebat quibꝰ deciperet innocentes. Et
primū quidē fontes vrbis aque dafneos
ſacrificijs violauit:vt vnuſquiſcꝫ aquaꝫ
bibētiū eiꝰ horrore potiretur.Cūcꝫ etiaꝫ
in publicovenales cibos illo ſcelere com
pleuiſſet:aſpergebātur em̄ ex eis.et pa-
nes et carnes ⁊ poma ſimul et olera ⁊ cū
cta que comeduntur.Hec vidētes q̄ no-
mē ſalutare ꝑceperant ingemiſcebāt qui
dem atcꝫ mugiebantvidentes abhomi-
nationem tātā.Uerūtamen comedebāt
legi obedientes apoſtoli.Omnia inquit
que in macello venduntur comedite ni-
hil iudicātes propter conſciētiā.¶Uerū
B duo quidam militia clari:erāt enim
ſcutarij principis quodā cōuiuiohoc hor
rore feruētius ſunt accēſi/atcꝫ mirabiliū
adultorum in babilone ſplendentiū ſer-
monibusvſi ſunt dicētes.Tradidiſti em̄
nos regi iniquo q̄ receſſit a te vltra oēs
gētes q̄ ſunt in terra.Hec q̄dā conuiuaꝝ
nūtiauit imperatori:q̄ repēte illos ad ſe
fortiſſimos viros adducēs reqrebat q̄d
locuti fuiſſent.At illi occaſionem fiducie
interrogatiōe ſumētes imperatoris/lau
dabilēcꝫ ſui firmātes zelū/dixerunt hec
pietatis more nutriti.O princeps laudā
dis hactenus legibus ſeruiētes quas cō
ſtantinus ⁊ eiꝰ filij poſuerūt: ingemiſci-
mus nūc abhominatiōe oia vidētes eſſe
cōpleta/⁊ nefandis ſacrificijs cibos po-
tuſcꝫ violari .Hec ⁊ domui fleuimꝰ et te
ꝑſente nihilominꝰ eiulamꝰ.Hoc em̄ i tuo
diſplicet nobis imperio.Hec audiēs ille
mitis atcꝫ philoſophus aſius ſiſibus no
minatū māſuetudinis q̄dē exibuitvultū
⁊ impietatis faciē ꝓtinus enudauit ꝑci-
piens amariſſimas eis plagas inferri.
Quos etiā luce priuauit Magis autē vt
veriꝰ eſt illiꝰ tp̄is īfelicitate liberauit/vi
ctriceſcꝫ eis coronas ꝓuidit offerri.finge
bat em̄ ſe in eis quaſi cām defendere im
perialis iniurie/⁊ hec diuulgari iuſſit in
uidēs decertatoribꝰ veritatis i appella-
tiōe martyrū pariter ⁊ honorꝫ. Noia fue
rūt horū iuuētius ⁊ maximinꝰ quos an-
thiochena ciuitas tācꝫ pietatis ꝓpugna
toresvenerata/ꝑtioſo monumēto recōdi
dit⁊vſcꝫ ad diē hūc feſtis annalibꝰ hono
rant.Sed ⁊ plurimi nobiliū ⁊ dignitate
fulgentium vtētes tali fiducia coronas
equales ſunt adepti.¶Capituluꝫ.xxv.

VAlētinianus
etiā q̄ poſt paululū ſumpſit
imperiū tūc millenariꝰ erat
circa palatia cōſtitutus dux
lāceariorū.Is zelū quē ꝓ pietate habuit
nō celauit. Eo nācꝫ tp̄e cū fulminādꝰ ille
fortune tēpluꝫ ingrederet in choro:et ex
vtracꝫ parte ianuarū aſtarent miniſtri
templi q̄ aſperſione ſicut ipſi dicebant
purgarēt ingrediētes:valētinianus pre-
cedens principē aſperſiōis guttā ſuā vi
dit i clamidē.Et indignatus pugno per
cuſſit templi miniſtrū dicens ſe macula
tū potiꝰ q̄ꝫ purgatū.Qd̄ reſpiciēs impe-
rator iuſſit eū i cuſtodiā tūc redigi et ad
heremū deſtinari.Sed ille cuꝫ annus et
pauci trāſiſſent mēſes:pro mercede con-
feſſionis recepit imperiū.Nō ſolum em̄
in illa vita diligētes ſe deꝰ honorat:ſed
aliquando etiam in preſenti bonoꝝ ope
rū retributiones impendit:et preſentibꝰ
premijs illic ſperata confirmat.
¶Theodoricus. ¶Capitulum.xxvj.

ARthemium ve
ro qui tēporibꝰ conſtātij dux
fuit egypti qm̄ illiꝰ tempore
ydola multa cōfregerat non
ſolū facultate nudū reddidit ſꝫ etiā capi
tis ſectione mulctauit.Hec et hmōi geſ-
ſit ille māſuetus ab iracundia remotus
ſicut ab impijs vocabat.¶Adijciaꝫ ſuꝑ
B hec etiā miraculū femine: que zelo
diuino huius cōtempſit impietatē. Pu-

blica quedã fuit illo tempore nominatiſſima ⁊ precioſis virtutibus exornata. Hec cũ nuptiale iugum ad tempus paululum ſuſcepiſſet: fructũ digniſſimum obtulit creatori. Johannes enĩ anthiochie preſbyter multo tpe conſtitutus et ſepe aplici pſidatus decreta refugiẽs de terra illius femine mirabilis germinauit. Hec habens apud ſe chorum conuerſatione dignã virginitatẽ ſeruantiũ ſemper cum eis laudabat factorem ſaluatorẽq deum. Trãſeunte vo imperatore clarius in cõmune pſallebãt: cõtẽptibilẽ et deridendum iudicantes erroneũ illaq maxime cantica reſonantes: q ydolorũ videntur põpare debilitatem. Dicebantq cuz dauid. Simulachra gẽtiũ argẽtũ ⁊ aurũ opa manuũ hoim. Et iterum. Siles illis fiãt q faciũt ea ⁊ oẽs q cõfidũt i eis. Hec audiẽs iulian⁹ ⁊ vehemẽter accẽſus: eas cũ trãſiret tacere pcepit. Que et⁹ legẽ paruipendẽtes chor maiori ordine cõpleuerũt. Rurſuſq illo trãſeunte pſallebat. Exurgat de⁹ et diſſipent inimici ei⁹. Tunc ille ſeuiẽs magiſtrã chori pcepit adduci. Quã cũ videret ſenectute maceratã nec corporis caniciẽ miſerat⁹ eſt nec animi ſtuduit honorare virtutẽ ſed quibuſdaz ſpatariorũ iuſſit vt eaz alapis cederent. Que veluti ſummũ honorẽ cõtumelias illas excipiẽs domi reuerſa eſt eũq conſuetis melodijs ſpiritalibus denotabat. Sicut cõſcriptor illius cãtici malignum ſpiritũ effugauerat a ſaul. Naz ⁊ iulian⁹ erroneus demones ſibimet applicans contra donum pietatis inſaniebat.

¶ Sozomenus. ¶ Capitulum. xxxvij. B

Contriſtabat igit eũ nõ mediocriter. Apolinaris ſyrus omni ſcia nimis inſtruct⁹: ſimulq baſili⁹ et gregorius capodoces illius tpis rhetores xpiani alijq plurimi eloquẽtes viri. Quor alij qdẽ zelati ſunt verã fidẽ: alij arriane hereſis habuere veſaniam. Quãobrẽ arbitrat⁹ hinc armari xpianos phibuit eos grecor doctrinis imbui: et eor lectionib⁹ erudiri. Tũc appolinaris cũ eẽt doct⁹ ⁊ ſimul ingenioſus, p homeri poemate verſib⁹ heroicis hebraicã cõſcripſit antiquitatẽ vſq ad imperiũ ſaul ⁊ viginti quatuor libris opus oẽ diuiſit. vnicuiq libro nomẽ litere ponẽs ſcdz homericã lectionẽ. Fecit aũt ⁊ aliud opus ſcdm menãdri fabulas: comedie ſimilitudine cõparatas: imitatus etiã euripidis tragedias: ⁊ lirã pindari: ⁊ abſolute dicẽdũ ex diuinis ſcripturis argumenta ſumẽs: oẽs eucidias lectiões tpe paruo cõpoſuit: numero virtute moribus conſcriptione/caractere et diſpoſitione grecor valde pares. Et niſi q vetuſtatem hoies honorabãt ⁊ q ſunt i vſu grata credebãt: nã vt ego reor: equa veteribus apollinaris opuſcula decreuiſſent. Fecit etiã non ignobilẽ ad ipſum impatorẽ ſiue contra paganos philoſophos librũ. Cui titulu3 poſuit pro veritate. in quo de ſacris teſtimonijs tacens: pbauit illos quidẽ fuiſſe deceptos ſe aũt ſapere vera de deo. Hec aũt cõſiderãs imperator cla B riſtũe epis ſcripſit. Legi ⁊ reprehẽdi. Cui et reſcripſerũt. ⁊ ſi legiſti ſ3 nõ agnouiſti. Si enĩ cognouiſſes nequaq reprehẽdiſſes. Quidã dicũt hãc eplaz pſules ecclie capadocene fuiſſe baſilij qd icredibile non eſt. Siue aũt ei⁹ ſiue ſit alterius iuſtũ eſt virtutis laudare doctrinã. ¶ Socrates.

¶ Capitulum. xxxviij.

Plurimi ſiquidẽ nõ recta mẽte xpianum habẽtes nomẽ qppe pecunias ⁊ honorẽ preſentẽ felicitati vere fidei preponẽtes ad ſacrificior ſcelera deſcẽderũt. Quor vnus fuit ſophiſta cõſtantinopolitanus ecebolus. Js enĩ mores impatorũ ſequẽs: ſub cõſtãtio qdẽ feruẽtiſſimũ ſe finxit xpianũ. ſub iuliano pagan⁹ celeriter eſt effect⁹. Et rurſus poſt iulianũ volebat eẽ xpian⁹. Proſternẽs etenĩ ſemetipm añ ianuas eccleſie, pnũ magna voce clamabat. Conculcate me ſal inſenſatum.

¶ Capitulum. xxxix.

Bitcũ iulianus iret ad pſas volẽs i eis vlciſci eo q ſub cõſtãtio romanor terminos inuaſiſſent: ⁊ ſciẽs qm i plijs eueniũt frequẽter aduerſa: ⁊ quia plurimis

pecunijs indigeret adinuenit modum vt auferret pecunias xp̄ianoꝝ. Molētib⁹ er go ſacrificare pecuniā multaꝫ impoſuit exigebanturꝗ vere xp̄iani. Singuli nāꝗ eoꝝ ſm̄ ſubſtātiā offerebāt ⁊ imperator ex iniuſta collectiōe iniuſte fact⁹ ydone⁹ eſt. Ubi eīn nō erat hāc dirigebat legem: vbi erat vtebaꝛ ipſe. Tūc ꝗ̄ pagani xp̄ia nos grauiter oppreſſerūt: interdū etiam tormētis corporalib⁹ affligebāt eos. Qꝺ imperator audiēs xp̄ianis quippe adeū tib⁹ eū: defendere contēnebat dicēs. Ueſtrum eſt vt patientes mala ſuſtineatis: hoc enim eſt preceptū veſtri dei.

¶ Sozomenus. Capitulum.xl.

Biturimperatoꝛ pugnaturus contra perſas venit ī anthiochiā. Cūꝗ popul⁹ quereret̄ qꝛ venalia quidē abūdarent: ſed carius vēderētur volēs magnitudinē ſue largitatis oſtēdere minoꝛa ꝗ̄ debuit pretia in foro rerū venaliū deputauit. Et cū fugiſſent tabernarij negotiatoreſꝗ diuerſi / res neceſſarie defecerunt. Anthiocheni ꝟo grauiter hoc ferētes cō tumelias fecerūt imperatori. ¶ Socrates. ¶ Querebātur eīn aduerſus eum facetias de ei⁹ barba pferētes erat eniꝫ ei valde pliza. Dicebant ergo Tondat vt ad funes ei⁹ pficiat barba. Et qm̄ ſuperſtitiōis ei⁹ cauſa taurū ydolis frequē tius imolabat / arā vel taurū ī ſolido ſuo formari p̄cepit. Ob quā rē lacerātes euꝫ dicebāt. Iſte taurus euertet mūdū. His iniurijs ꝓuocatus ad iracūdiā: interminatus eſt ſe anthiochiā affligere ciuitatē. Quāobrē ad tharſuꝫ cilicie reuerti volens iuſſit neceſſaria pparari. Ex qua intētiōe eū ſophiſta libani⁹ reuocauit: ſcribēs ꝓ anthiochenis interceſſionis librū et rurſus ad anthiochenos de principis iracūdia: quos tn̄ libros nō edidit. Uerū imperatoꝛ reſpuēs ſe opib⁹ vindicare: recipꝛocis iniurijs irā ſue indignatiōis aumouit. Librum eīn aduerſus anthiochenos fecit lepidum ⁊ ſatis vrbanū quē anthiochū nolauit. Uerū ꝯtra xp̄ianos multa mala etiā in ea ciuitate commiſit.

¶ Sozomenus. Capitulum.xlj.

Lud quoꝗ ꝙ ſub iuliano prouenit narrare nō ſileo. Fuit eīn ſignū quidē virtutis xp̄i et indiciū contra principē iracūdie dei. Cū eīn agnouiſſet ī ceſarea philippi ciuitate phenicie: quā paneā vocāt iſigne xp̄i eē ſimulachꝛū qꝺ mulier ſanguinis liberata ꝓfluuio cōſtituerat: eo depoſito ſuā ibi ſtatuā collocauit. Que violēto igne de celo cadēte circa eius pectus diuiſa eſt ⁊ caput cū ceruice vna parte deiectū atꝗ in terra fixū: reliꝗ ꝟo pars hactenus reſtitit et fulminis indiciū referuauit. Statuā vero chꝛiſti tūc quidem pagani trahentes cōfregerunt. Poſtea ꝟo chꝛiſtiani colligētes in eccleſiā recōdiderunt quo hactenus referuatur. ¶ Hoc itaꝗ ſimulachꝛū ſicuti refert euſebius: oim̄ paſſionū ⁊ egritudinū noſcitur eſſe medicamentū. Iuxta qꝺ quedam herba germinauit cui⁹ ſpeciē nullus noſtre medicus terre licet expertus agnouit.

¶ Capitulum.xlij.

Ibi namꝗ videtur qꝛ adueniēte deo nullū miraculū nullūꝗ beneficiū putari debet incredulū. Nāꝫ alia plurima miracula per ciuitates ⁊ vicos plerīꝗ apꝺ multos ꝓuinciales: antiquitus tradita ſunt habentia varitatem quod repente monſtrabo. Eſt itaꝗ ciuitas paleſtine nicopolis nomē. Hanc dum vicus adeſſet emaus ſacer euangelioꝛum liber appellat. Quā romani poſt vaſtationem hieroſolymoꝛum iudeamꝗ victoꝛiam: nicopolim ex euentu quippe victoꝛie vocauerunt. Ante hāc vrbem in triuio vbi chꝛiſtus cū cleopha poſt reſurrectionē noſcitur ambulaſſe tanꝗ̄ ad aliū vicum itur⁹ fons quidā eſt ſalutaris in quo paſſiōes hoīm diluūtur ⁊ alia pariter animalia diuerſis detēta lāguoꝛib⁹ emūdantur. Qꝺ vt ita cōtingat traditur ex quodam itinere apparuiſſe xp̄m ad fontē cū diſcipulis ſuis: ⁊ lauiſſe pedes. Ex quo aqua facta diuerſarū medicabilis paſſionū. ¶ Fert̄ etiā B ꝙ in hoc hermopoli thebayde. Arboꝛ q̄ vocatur perſidiꝗ multoꝛum

languores ſubegerit. ſi fructus aut foliū aut pars eius corticis collo egrotantiū ligaret. De hac em̄ arbore ferunt q̄m dn̄ apud egyptū ioſeph cū xp̄o ⁊ maria virgine ſctā fugiſſet herodē: veniſſetq̄ ad hermopolim ciuitatē mox vt ingrediebat' vrbem nō ferens hec arbor maximū xp̄i ſalutaris aduentū: inclinata eſt vſq̄ ad terrā et eū ſuppliciter adorauit. Hec ego de iſta arbore a multis audiens enarraui. Reor aūt hoc ſignū fuiſſe factum ciuib' diuine p̄ſentie: aut certe q̄m ritu pagano hec arbor p̄pter magnitudinē atq̄ pulchritudinē colebat' mota eſt nō ferēs xp̄i diuinitatē. Demonib' quippe contremiſcentib' cū viderent rerū talium deſtructorē: necnō ⁊ oib' ſimulacris egyptiorū ſcd̄m yſaye p̄phetiā fugatoq̄ demonio p̄ teſtimonio xp̄i arborem vacuam remanſiſſe. Igit' apud egyptios ⁊ paleſtinos geſtorum teſtimonia conſeruantur.

¶ Theodoricus. Capitulum. xliij.

Igitur iulianus etiam iudeos cōtra xp̄ianos armauit. Primūq̄ conuocans req̄ſiuit: cur eius precipiēte lege ſacrificare nequaq̄ immolationibus vterētur. Cūq̄ reſpōdiſſent vno tantūmodo loco ſibi offerendi ſacrificiū fuiſſe permiſſum: repēte iuſſit deo odibilis deſtructū reſuſcitare templū: credens infelix dn̄icū verbuȝ ſe poſſe deſtruere: cui' per hoc veritatem magis oſtēdit. Hec itaq̄ verba iudei libēter accipiētes cūctis per diuerſum terrarū orbē mādauere iudeis. Qui vndiq̄ concurrētes pecunias ad edificiū alacriter offerebant: nō largitatis gratia ſȝ veritati repugnātes. Miſitq̄ pariter p̄ſidē impiorū executorē digniſſimū preceptorū. Aiunt eniȝ q̄m ad repurgiū faciendū argenteas hamas ⁊ cophinos ⁊ ſcaphas habuerūt. Cūq̄ fodere iā cepiſſent ſtatuto quidē die hoc multitudo plurima faciebat. Nocte v̄o ſpontanea terra de valle creſcebat. Solutis itaq̄ prioris etiam fundamēti reliquijs noua oīa p̄parabāt. Cūq̄ gypſi ⁊ calcis multa modioꝝ milia cōgregaſſent vis magna ventorū repēte reſpirās tēpeſtates atq̄ procelle ſubito facte: quicq̄d congregatū fuerat diſperſerant. Adhuc aūt veſanietibus eis et nequaq̄ diuina lōganimitate correpti' maximus primo terremotus eſt factus. Et q̄ſquis nō fuerat myſterijs diuinis ibutus: vehemēter attritus eſt. Cū vero nec hoc terrerētur indicio: ignis ex fundamētis que ſuffodiebant' egrediēs plurimos fodientiū cōcremauit: alioꝝ mēbra diſſoluit. Nocte quoq̄ plurimis in vicina porticu dormiētibus cadens ſubito cū tecto ipſa porticus dormientes oppreſſit. Alia v̄o die in celo ſignū ſplēdens crucis ſalutaris apparuit. Sed etiā iudeoꝝ veſtes crucis ſignaculo ſunt implete nō tn̄ ſplēdenti ſȝ nigro colore ſignate. Hec itaq̄ rebelles dei cōſiderātes: ⁊ diua flagella cōtremiſcētes ad p̄pria ſunt reuerſi confitētes eſſe deū: qui ab eorū p̄genitoribus ligno p̄batur appenſus. Qd̄ audiēs iulianus dum vtiq̄ caneretur ab oībus tanq̄ pharao indurato corde non timuit.

¶ Cap. xliiij. A.

Igitur dum perſe mortuū cognouiſſent cōſtātiū capta fiducia venerūt ad terminos romanoꝝ denūtiātes bellū. Ob quā rē collecto exercitu iulianus miſit in delfum ⁊ delū ⁊ dodonē/ ad percipiēda reſpōſa ſi expediret ei bella ſuſcipere. Tūc vniuerſi vates ⁊ pugnā di fiduciā dabāt ⁊ victoriā p̄mittebant. Unū v̄o reſponſum p̄ exēplo mēdacij ac ſeductiōis inſerere nō pigebit. Eſt enim hmōi. Nūc oēs aggredimur dij victorie trophea referētes circa fluuium thirem. Hoꝝ ego dux ero belligerator mars. Horum itē carminū ridiculū eos cōuenit diuulgare q̄ rationalē dn̄m muſarum principē: pythiō eſſe vocāt. Ego aūt mēdaciū ſeductionis eius inueniens ingemiſco. Thirē nāq̄ fluuiū tigrē voluit appellare q̄m thiris ei' noī ſitis eſt. Is em̄ fluui' ex armenie redūdās mōtib' ⁊ p̄ aſſirioꝝ arua diſcurrēs/ ſinū deſcēdit in perſicū. Per hec ergo rn̄ſa decept' infelix ⁊ victoriā mēte ſomniabat ⁊ poſt particū prelīū pugnā galileis īferre p̄parabat. Sic em̄ vocabat xp̄ianos: cōtumeliā nois ſe eis inferre putās: cū magis debuiſſet eoꝝ cōſiderare v̄tutē. Nō em̄ ſocrates ſȝ

eritias fuerit appellat⁹: vt pythagoꝛas phalaris ex mutatiõe noisqualibet ſunt peſte ꝑticipati. Neqꝫ nere⁹ therſitas vocat⁹naturalẽ pulchꝛitudinẽ quã gerebat amiſit. Hoꝝ nihil mẽte ꝑcipiens: ex hac appellatiõe aliqd mõſtri ſe nobis putauit inferre fallaci rñſo credẽs intermina bat ꝑ eccleſias demonũ ſe ſtatuere ſimulachꝛa. Poſt has igit minas: ab vno viro i beroea debellat⁹ eſt. Js eñ nobilis erat eiuſqꝫ ciuitatis ¶ curie ꝑſidebat quẽ zelus xpi reddidit clarioꝛẽ. Uidens nãqꝫ filiũ in impietatẽ q̃ tũcvigebat fuiſſe demerſum: expulit ſua domoꝛ coꝛã oib⁹abdicauit. Qui i vicine ciuitatis itinere aggreſſus imperatoꝛẽ: ſuã volũtatẽ ⁊ abdicationẽ patris innotuit. At ille quieſcere iuuenẽ imperauit: placandũ ꝓmittẽs patrẽ. Cũqꝫ veniſſet in beroeã nobiles ⁊ honoꝛatos ꝯuocauit ad pꝛãdiũ. Jnter quos erat ⁊ hui⁹ pater quẽ cũ filio in ſuo pꝛandere iuſſit accubitu. Tunc circa medias epulas dixit ad patrẽ. Nõ mihi videt iuſtũvim facere volũtati ad aliud declinãdi: ⁊ aiaꝫ ad alia mutare q̃ nõvult. Noli itaqꝫ eẽ filio violẽt⁹: ſed q̃ tua dogmata reſpuẽti. Neqꝫ eñ ego tibi vim facio mea ſequi: licet cogere valde poſſim. Jlle cauſaꝫ diuine religiõis mẽte ꝑcipiẽs: de iſto inqt o imperatoꝛ erroneo dicis ⁊ deo odibili ⁊ veritati ꝓponẽti mẽdacium tñ ille rurſus mãſuetudinis induẽs vultũ ceſſa inqt detrahere. Et declinãs ab eo vultũ adoleſcẽti dixit. Ego tui curã habeo qm̃ pr̃i tuo vt hoc faciat ſuadere nõ poſſum. Hec itaqꝫ nõ fruſtra retuli ſed volẽs oſtẽdere nõ ſolũ illi⁹mirabilis viri fiduciam ſed qm̃ ꝯtẽpta iuliani a pꝛimis ſit ꝑtãs. ¶ Jn anthiochia nãqꝫ ¶ quidã vir optim⁹ pedagogus adoleſcẽtiũ habitabat. Eratqꝫ illic famoſiſſim⁹ ſophiſta libani⁹ impius expectanſqꝫ iuliani victoriã habẽs pꝛe oculis ei⁹ minas. Ergo interrogauit pedagogũ quaſi noſtrã deridẽdo religionẽ. Nũc inqt fabꝛi fili⁹ quid putas agit? At ille qꝺ paululũ cõtigit cõpletus gratia diuina ꝓdixit. Rñdit eñ o ſophiſta: creatoꝛ oim quẽ tu fabꝛi filiũ nominaſti: locellun ſepulture iuliano cõponit. Poſt paucos eñ dies moꝛs illi⁹ nuntiat erronei ⁊ in locello poſit⁹ et aduect⁹ minarumqꝫ timoꝛe vacuatus eſt.

¶ Capitulum.xlv.

O ſiquidẽ tpe religioſiſſim⁹ iulian⁹ cognomẽto ſaba q̃ angeloꝝ icoꝛporaliũ vitã coꝛpoꝛali cõuerſatione videbat imitari cui⁹ etiã vitã conſcripſim⁹/ꝓlixioꝛes offerebat deo pꝛeces cũ illi⁹ impij minas audiſſet ⁊ ea hoꝛa q̃ ille ꝑcuſſus eſt oꝛãs/moꝛtẽ ei⁹iſte cognouit lꝫ pluſqꝫ viginti mutatiões ab eo loco vſqꝫ ad ei⁹ exercitũ eẽ viderent. Sicut eñ q: dũ ꝯtinue ingemiſceret ⁊ clementi dño ſupplicaret: ſubito lachꝛimaꝝ ei⁹fluuius reſtitiſſet: fuiſſetqꝫ alacritate cõpletus vt ei⁹ vultus exhilarat⁹. Hãc animi ꝑturbationẽ ei⁹ miniſtri reſpiciẽtes: rogauerũtvt eis cauſaꝫ repẽtini gaudij pateſaceret. Tunc ille dixit. Ferus ſacre vinee deuaſtatoꝛ: penas exact⁹eſt vaſtationis ſue iacetqꝫ moꝛtu⁹ terroꝛib⁹ miniſqꝫ fruſtratus. Hec agnoſcẽtes exultauerunt oẽs deoqꝫ hymnos gratificos obtulerũt. Poſtea ꝟo a nũtijs eſt cõpertũ eãdẽ fuiſſe diẽ ſimul ⁊ hoꝛã necis iuliani: q̃ã ille ſacratiſſim⁹ ſenioꝛ cognouit atqꝫ ꝓdixit.

¶ Capitulum.xlvi.

Alũ itaqꝫ ſemper incõſulte geſſiſſe moꝛtis demõſtrauit euẽtus. Trãſiẽs eñ cũ exercitu fluuiũ q̃ perſarum romanoꝛũqꝫ regna diuidit: repente naues incẽdit nõ ſuadẽs reb⁹aut ꝟbis: ſꝫ cogẽs milites ꝑliari. Poꝛro duces alacritate cõpleti: animabãt milites et eos ſpe varia cõfoꝛtabãt quã imperatoꝛ abſciderat: cũ eoꝝ reuerſionẽ incẽſis nauibus abnegaſſet. Sup hec aũt, cũ debuiſſet cibos militib⁹ ꝯgregare neqꝫ de pꝛoꝑijs finib⁹ ꝑcepit afferri neqꝫ de inimicoꝝ abũdãtia iuſſit aliqd depꝛedari. Relinquẽs ergo habitabilẽviã: pergebat ꝑ ſolitudinis loca vbi ⁊ ciboꝛ potu milites defraudati: ⁊ duces itineris nõ habẽtes ſed errãtes in deſerta ꝓuincia ſapiẽtiſſimi pꝛincipis agnouere cõcilia. ¶ Socrates. ¶ Multos itaqꝫ vicos caſtraqꝫ deti ¶ nens: iã etiã ciuitates capiebat. Cũqꝫ veniſſet theſiphontẽ ciuitatẽ:

intantum obſedit regem vt crebris lega
tionib⁹ vteret offerēs dare ſue patrie par
tē: ſi ſolutus bello diſcederet. Qđ ille no-
luit neq; ſupplicantib⁹ eſt miſert⁹ / neq;
mēte percepit quia vincere quidē bonū
eſt: ſuperuincere nimis inuidioſum. Cre
dēs pcipue magicis artib⁹ quas ei maxi
mus phs exhibebat ⁊ arbitrat⁹ alexādri
macedonis ſe gloriā percepturū aut cer
te potiorē. Putabat eñ ſcđm pythagore
platoniſq; ſniaꝫ et mutatiōe corpoꝝ ale
xādri animā poſſidere aut eſſe poti⁹ in al
tero corpore ali⁹ alexāder. Ob hāc itaq;
cauſam perſarū regis noluit pces admit
tere. ¶ Sozomen⁹. ¶ Cū igit in deſerti
loca primo captiuoꝝ habuiſſet ducatuꝫ:
poſtea quidā ſenior ſub ſchemate pdito
ris ſe ei cōpendioſum iter oſtendere cō-
promiſit. Cūq; trib⁹ dieb⁹ ambulātes ad
maiorē ſolitudinē veniſſent illū ſiquideꝫ
fuſtib⁹ occiderūt: cōfitētē hoc ſe feciſſe p
patrie libertate etiā libēter tormēta oia
ſuſtinere. Exercit⁹ interea perſarū ex iti-
nere fatigato exercitu romanoꝝ irat⁹ oc
currit: ſeq; ad ꝯgreſſionē prelij pparauit.
¶ Socrates. ¶ Querebant eñ romani
de principe cur noluerit bellū cū lucri p
miſſione finire. Uerūtñ perſis inſtātib⁹
reſiſtebāt ita vt frequēter verterent ho
ſtes in fugā. Porro iulianus erat pñs in
equo ⁊ exercitū cōfortabat. inermis qđē
ſpe felicitatis ſue preſumens.

¶ Theodoretus. ¶ Capitulum.xlvij.

Contra quē ia
culū repente delatū diſcur
rēs p brachiū in ei⁹ lat⁹ im
merſum eſt. Ex hoc vulne-
re ſuſcepit terminum vite.
Qui vo iuſtiſſimū intulit vuln⁹ hacten⁹
ignorat. Sed alij quedā inuiſibiliū hoc
intuliſſe ferūt. alij vo vnū paſtoꝝ iſmahe
litarū / alij militē fame ⁊ itinere fatigatū
Sꝫ ſiue hō ſiue angel⁹ fuerit: palā eſt qꝛ
diuinis iuſſiōib⁹ miniſtrauit. Siūt eñ qꝛ
dū fuiſſet vulnerat⁹ mox manū ſanguine
ſuo cōpleuerit ⁊ in aerē piecit dicēs. Ga
lilee viciſti. Et i coipſo ꝯfeſſus eſt cū blaſ
phemia victoriā. ¶ Socrates. ¶ Caliſt⁹
aūt q̄ inter familiares imperatoris tūc
militabat ⁊ heroico verſu eius cōſcripſit
hyſtoriā. Sit eum a demone vulneratū
fuiſſe defunctū Julian⁹ ergo quarto con
ſulatu ſuo quē ediderat cū ſaluſtio: ſexta
die iunij mēſis in pſica regione defunct⁹
eſt. Anno tertio imperij ſui / ſeptimo vo
ex quo ceſar a conſtantio fuerat ordina-
tus vite anno triceſimo primo.

¶ Capitulum.xlviij.

Poſt cui⁹ morteꝫ
eius magie cōperte ſunt. Carra
nāq; ciuitas eſt: hacten⁹ impie
tatis reliquias habēs per hāc iter agēs
qm per ediſſam pter pie religionis cul
tū trāſire noluerat in templū qđ a paga
nis colitur eſt ingreſſus. Ubi dū quedaꝫ
cū ſuis cōſortibus ſacrilegia celebraſſet
ianuas ⁊ clauſtra diſpoſuit: ⁊ quoſdā ibi
milites obſeruare pcepit vt iter hui⁹ nul
lus accederet donec ipe remearet. Cūq;
mortuus fuiſſet ⁊ impio pius ſucceſſiſſet
imperiū: ingredientes in tēplum inuene
rūt mira principis ſimulachra eiuſq; ſa-
pientiā ⁊ famoſiſſimā pietatē. Uiderunt
eñ mulierē capillis appenſam extenſas
habentē manus: cui⁹ vterū aperuerat vt
perſarū victoriā in iecore ei⁹ inſpiceret.
Hoc ergo ſcelus in charris inuētū eſt: ve
rū in anthiochia plurima ſacra ſunt i pa
latio humanis aiūt capitib⁹ plenas fuiſ
ſe cōperatas ⁊ innūera in puteis demer
ſa corpora mortuoꝝ. In qua vrbe dū ei⁹
nuntiatus fuiſſet interitus publicam cū
cti habuere feſtiuitatem: et non ſolum in
eccleſijs et ſepulturis martyrum exul-
tabant: ſed etiam in theatris victoriam
predicabant cum ſacerdotibus exultan-
tes: Ego autem etiam clamorem fauo-
ris eorum hic ponere neceſſarium iu-
dicaui / vt etiam apud poſteros hec me-
moria reſeruetur. Communiter enim cla
mabant omnes. Maxime fatue: vbi ſunt
tua vaticinia? Uicit deus et chriſtus
eius. Hic ergo libri terminus eſt haben-
dus ne pio imperio impietatis potentia
copuletur.

¶ Explicit liber ſextus.

¶ Incipiunt tituli libri.vij.

De iouiniani imperatoris auſpi
cijs ⁊ quēadmodū a pſidiis ⁊ tib⁹

i ſit egreſſus.
ij Qui ſophiſta libanius cõtra chriſtianos ſcripſit et quõ hyſtoriographus eius dicta deſtruxerit.
iij De rectitudine fidei iouiniani: ⁊ quid athanaſius alexandrinus ſcripſerit.
iiij Quõ iouiniani tpibus orthodoxi floruerunt et heretici ſunt oppreſſi.
v Q: athanaſius venit ad iouinianũ ⁊ ab eo decẽter eſt honorat⁹.
vj De conſulatu ⁊ fine iouiniani.
vij De ortu principis valentiniani ⁊ quemadmodum fratrem valentem ipſe fecit imperatorem.
viij De ambroſij Mediolanẽ. epiſcopatu atq; fiducia.
ix Edictum valentiniani ⁊ valentis de conſubſtantiali trinitate.
x Epiſtola illiricianoꝝ epoꝝ orientales epos ꝓfitentium conſubſtãtialem trinitatem.
xi De hereſe audianorum.
xij De lampſaceno concilio.
xiij Quemadmodum valens factus fuerit arrianus.
xiiij Qua crudelitate valens ſit vſus aduerſus ortodoxos.
xv De tyrannide ⁊ ꝑditione ꝓcopij.
xvj De exilio ſancti euſebij ſamoſateni pontificis: et quia ciues ei⁹ amore fidei alio epiſcopo ſe ſubdere noluerunt.
xvij De exilio barſini epi.
xviij Idem de crudelitate valẽtis quã geſſit aduerſus orthodoxos, extincto procopio.
xix De eunomio hereſiarcha.
xx De ſeuitia valẽtis ꝯ cõſtãtinopolitanos orthodoxos.
xxi De deſtructõe muroꝝ calcedoñ.
xxij De natiuitate valẽtiniani minoris ⁊ de immẽſitate grãdinis, et de ortu principis gratiani.
xxiij Quomodo arriani macedonianos fuerint perſecuti ⁊ illi ſe cõtulerũt ad liberium.
xxiiij Libellus macedonioꝝ liberio romano datus epo.
xxv Epiſtola liberij ⁊ ſicilienſis cõcilij ad macedonianos epos poſt penitentiam.
xxvi Cur eunomius ab eudoxio ſegregatus ſit.
xxvij De latebris athanaſij.
xxviij De concilio tranenſi vbi litere liberij et occidentalium ſunt recepte.
xxix De eudoxio arriano qui fuerat conſtãtinopolitanus epiſcopus et de perſecutione valentis propter euagrium orthodoxum epiſcopum.
xxx Quia octoginta orthodoxorum a valente in naue cremati ſunt.
xxxi Quid valens geſſerit in capadõcia ⁊ anthiochia.
xxxij Quid in ediſſa vel quõ mulier cũ ſuo filio currẽs ad martyriũ. ⁊ ꝑfectũ ⁊ imperatorẽ ſtupore facti a crudelitate remouit.
xxxiij De examinatione ⁊ exilio plurimorum orthodoxorum.
xxxiiij De miraculis confeſſorum.
xxxv De rñſo demonis qui poſt valẽtem impatur⁹ eſſet ⁊ q: ob hoc valens multos occiderit.
xxxvj De baſilio epo cappadocie ⁊ quõ exilij minas euaſerit.
xxxvij De fine athanaſij alexãdrini et ſucceſſione petri ⁊ ſeditiõe ꝯ eũ facta ⁊ q: romã ꝓfectus eſt.
xxxviij Qua crudelitate lucius alexandriam fuerit introductus.
xxxix Que miracula geſſerint heremite in exiliũ a lucio deſtinati.
xl Litere petri alexãdrini pontificis in qb⁹ lucij mala referunt.

¶Incipit liber ſeptimus.

¶Socrates. ¶Capitulum primum.

Milites igit̃ in maria eſtuatiõe veniẽtes omiſſa oĩ dilatione altera die iouiniano iſulas impatoris imponũt. Erat ei vir fortis ⁊ nobilis ⁊ illo tpe millenari⁹ quo iulianus electionẽ militib⁹ lege ꝓpoſuit vt aut ſacrificarent aut militia cederẽt. Qui cingulum magis elegit amittere q̃ imperatoris pceptionibus ipſis obedi=

re. Hunc ergo tunc Julianus ꝓpter belli neceſſitatem inter viros militares habebat. Qui cum violenter a militibus ad imperium traheretur: clamabat dicens non ſe velle paganis hominibus imperare. cum ipſe chriſtianus exiſteret. Cũqꝫ vox omniũ cõmuniter proclamaſſet dicentium ſe quoqꝫ eſſe chriſtianos ſuſcepit imperium. ❡ Theodoricus.

❡ Cogitabat itaqꝫ iouinianus de communi ſalute ꝛ quomodo poſſet de medio hoſtium illeſum exercituꝫ liberare. Nec indiguit grandi concilio: ſed ſeminibus pietatis vltimum vindemiauit fructum. Repente namqꝫ ſuam prouidentiã deus oſtendit ꝛ fluctuationem eius ad portuꝫ tranquillitatis adduxit. Dũ enim huius anguſtiam perſarum rex agnouiſſet miſſa legatione petiuit pacem deinde cibaria militibus deſtinauit ꝛ forum venaliũ eis preparari in deſerto precepit. Celebratiſqꝫ federibus exercitum reduxit incolumẽ. ❡ Socrates. ❡ Que pacta quãtũ ad gloriã romanoꝝ turpia ſed tempori congruebant. Amiſſa nãqꝫ ſyria ꝛ tradita perſis niſibim meſopotamie ciuitate diſceſſit. Hec itaqꝫ nuntiata chriſtianos cõfortauerũt paganis intulerũt luctũ. porro milites incautũ iuliani feruorem valde culpabãt cauſamqꝫ dãni finiũ romanoꝝ ei potius inferebãt qm̃ a perſarũ quaſi ꝓditore ſeductus naues que per fluuiũ frumẽta deueherent incendit ꝛ famẽ militibus irrogauit.

❡ Capitulum ſecundũ. A

Tunc itaqꝫ ſophiſta libanius lamẽtatiõis librũ in iulianũ ꝯſcripſit quẽ iulianũ denoiauit. feſtinatũ quippe laudibus illiꝰ in quo etiã meminit libroꝝ quos ꝯ chriſtianos ediderat iulianus. Et ſi quidem laudes impatoris ſophiſta dixiſſet: ego quieſcerẽ veſtigia hyſtorie ſequẽs. Sed qm̃ tanqꝫ callidus rhetor memoria iuliani libroꝝ chriſtianã videt lacerare religioneꝫ: ꝓpterea ꝯ eũ poſitis primũ ꝟbis ipſius pauca dicẽda ſunt hyemis inquit noctes amplius impator extendẽs incũbendo libris: paleſtinen hoiez deũ deiqꝫ filiũ referẽtibus ꝑliabat̃ eptius: ꝛ redarguẽdo ꝑualuit: vt riſum ꝛ quandã inanitatẽ oſtenderet eoꝝ q̃ colunt̃ a talibꝰ. In quibꝰ laboribꝰ ſene tyrio ſapiẽtior eſt inuentus. Propitius aũt ſit iſte tyrius ꝛ tã placide verba mea ſuſcipiat tanqꝫ a filio victꝰ eſt. Hec quidẽ ſophiſte libanij ſunt veꝝ ego ſophiſtã eũ optimũ fuiſſe notarẽ ſi nõ eius religionis cuiꝰ impator fuiſſet oia que de iuliano xp̃iani etiã iſte tũc diceret ꝛ forſitan quaſi rhetor augeret. Nã ꝛ viuo ꝯſtantio laudes: ꝛ eo defuncto iniuria plenas criminibꝰ eius effudit. Et ſi ſenex porphiriꝰ fuiſſet: impator libros eius iuliani ꝑpoſuiſſet opibus. Sed ꝛ iulianus ſi ſophiſta fuiſſet dixiſſet forſitan etiã ipſum malũ ſicut ethiuolũ. Qr ergo ille tanqꝫ eiꝰ ſecte ꝛ tanqꝫ ſophiſta ꝛ amicus impatoris: que ei ſunt viſa dixit ei. Nos vt poſſumus obuiemus. Primum itaqꝫ dixit qr libris incũberet hyemis noctes extendens. Incũbere nãqꝫ ſignificat qr intẽtionẽ habuit vt vitupatione cõſcriberet ſicut ꝯſuetudo ſophiſtis. Nã olim hos libros ſcierat: ſꝫ tũc incũbebat ꝛ maximo ꝑlio ꝯtẽdebat. Vñ palã eſt qr nõ ſicuti libaniꝰ putat redarguẽdo ꝑualuerat ſꝫ infirmitate ſue ꝟitatis eſtuabat ea q̃ bene illic cauteqꝫ ſunt poſita tanqꝫ detractator lacerare laborabat. Ois em̃ q̃ reſiſtit alicui: nũc ꝯtẽdo: nũc celãdo ꝟitatem / mentit̃ aduerſus eũ ꝯ quẽ litigat. Et q̃ iſenſus alicui eſt: oia ſicut hoſtis nõ ſolũ agit ſꝫ etiã loq̃ ꝯtẽdit. Qr ꝟo iulianꝰ atqꝫ porphiriꝰ ſenẽ vocat: detractores B ambo fuerũt ſuis ſmonibꝰ arguunt̃. Nã porphyriꝰ ſummi phoꝝ ſocratis vitã dilacerauit in hiſtoria phie quã ipſe cõſcripſit: ꝛ talia de eo retulit qualia ſolitꝰ derogationibꝰ occupari. Et de illo ſocrate q̃ apud grecos mirabilis caſtitate. iuſtitia / alijſqꝫ ꝟtutibꝰ habebat̃. Quẽ plato mirabilis eoꝝ phus ꝛ ex eo fonte alter phoꝝ thiaſus nõ ſolũ tanqꝫ deo amabileꝫ honorãt: ſed etiã vltra hoiem ſapuiſſe ꝓnuntiãt. Porro iulianus ꝫelatus paſſionẽ ꝓpriã in ceſaribꝰ enudauit: ꝛ olm ante ſe regnantiũ vitas carpẽs: neqꝫ philoſopho marco pepercit. Igit̃ ambo detractores fuerũt. Nõ opus habeo plurimis vti ſermonibus: Ego nãqꝫ ex vtroꝝ C rũqꝫ ꝟbis mores eoꝝ cõijciens hec dixi.

Quid aũt

Quid aũt de iuliano gregoriꝰ nazanzenꝰ
retulit audiamus. Ait em̃ i ſcd̃o libro cõ
tra paganos hec verba poſt alia. Hec eq̃
dem de iuliano alijs ip̃a experimẽta tradi
derunt ⁊ aſſumpta p̃tãs impij. Mihi aũt
olim eiꝰ mores cõp̃ti ſunt: dũ hũc virũ in
athenis clariꝰ agnouiſſem. Uenerat em̃
illic dũ frater eiꝰ imperatori videret̃ ini
micus. Fuitq̃ aduentꝰ eiꝰ cauſa duplex
vna quidẽ quaſi decentior qua dicebat
ſe veniſſe vt videret helladam atq̃ doce
retur. altera vero ſecretior ⁊ nõ nota plu
rimis vt immolatores demonũ et viros
fallaces inquireret q: nondum habebat
impietatis ſue licẽtiã. Tũc igitur nõ fru
ſtra cõſideraui virũ. Nõ em̃ fortuite iſta
cõſpexi: ſed faciebat me cautũ inconſtan
tia morum eiꝰ: ⁊ exceſſus vberior. Uates
enim egregiꝰ eſt qui bene cõſiderat. Nul
lum em̃ ſignũ in eo mihi vtile videbatur.
Ceruix inflexibilis: hũeri tactabiles: ocu
li currentes huc illucq̃ directi: ⁊ furioſe
reſpicientes. Pedes impatiẽtes: nares
ſpirantes iniurias: atq̃ cõtẽptus: ſcema
ta riſibilia ⁊ hoc ip̃m ſemꝑ habentia. Ui
ſus incõtinens: et quaſi ſubulicns. Cõſen
ſus et negatio ſimul ratio nulla ratione
cõſiſtẽs: interrogatio inordinata atq̃ re-
ſponſio nulla congruentia ſibi cõueniẽs.
Sed q̃d ꝑ vniuerſa diſcurro? hunc ante
opera vidi et operibꝰ ipſis agnoui. Et ſi
quidem eſſent mihi p̄ſentes qui tũc ad-
erãt teſtarẽtur: q: cũ hec vidiſſem repẽte
dixi. O quale malũ nutrit reſpublica ro
manorum? Et cũ hec vidiſſem optaui me
inuenire debere mẽdacẽ. Meliꝰ em̃ fue-
rat hoc/q̃ vt tãtis terra ſcelcribꝰ imple
retur. Nũq̃ arbitror talia fuiſſe ꝓdigia:
cum multa diluuia multa incendia: mul
te peſtes: ⁊ hiatꝰ terre ꝓuenerũt: licet ho
mines inhumani: et feroces/cõpoſitiq̃
diſſimilibꝰ naturis fuiſſe referantur. Ob
quam rẽ digno ſua ſuꝑbia fine cõcluſus
eſt. Hec gregorius de iuliano narrauit.
Quia D vero contra xp̃ianos multa
verba proferẽtes niſi ſunt vim facere ve
ritati: quedã ex ſacris literis ꝑuertẽtes/
alia ꝑmutãtes: oĩa tñ ſcd̃m ſuã ſumẽtes
intentionem/multi eis obuiãtes iſta pa
tefecerũt deſtruẽtes ⁊ redarguẽtes eorũ
vana ſophiſmata. et ante oĩa origenis: lz

ante multa fuiſſet tẽpora iuliani: Ja em̃
ea q̃ videbant̃ turbare legẽtes ſacratiſſi-
mas lectiones obijciens ſibimet et inter
pretatus ea detractorũ ſophiſticas adin
uentiones excluſit. Que ſi ſepiꝰ legiſſent
iulianus atq̃ porphirius ea libenter ac
cipientes in aliud forte ſua verba muta-
uerant ⁊ non ad blaſphemie ſophiſmata
verterentur. Quia enim lacerare ſtuduit
imperator apud ydiotas ⁊ ſimplices ver
ba faciens/et non apud eos qui ſcriptu-
rarum diuinarũ obtinent veritatẽ: ex his
palam eſt. Similes em̃ ea verba que di-
ſpẽſationis cauſa humanius poſita ſunt
cuz multa hmõi collegiſſet exempla: hec
nouiſſime dicit. Horũ igit̃ ſingula ſi non
aliqua habẽt ineffabilẽ cõtẽplationẽ ma
xima de deo blaſphemia ſunt plena. Hec
ergo iulianꝰ in tertio cõtra xp̃ianos libro
dicit. In libro aũt ſuo quẽ de ciniſmo ſcri
pſit docẽs quomodo ſacras fabulas de-
cet fingi dicit oportere harũ veritatẽ ab-
ſcondi. Sic em̃ ait. Amat em̃ natura cela
ri ⁊ abdita deoꝝ ſubſtãtia nõ patitur nu
dis verbis in aure introire pollutas. Ap
paret ergo per hec imperatorẽ ſuſpitio-
nẽ habuiſſe diuinis ſcripturis: q̃m eſſent
verba myſtica ineffabilẽ queadmodũ cõ
templatiõis habẽtia. Sed indignat̃ cur
non oẽs eandẽ ſententiã habuerint ⁊ in-
ſiſtit his qui inter xp̃ianos diuina ſimpli
citer ſuſcipere videtur eloquia. Nõ igit̃
oportebat eũ cõtra ſimplices inſurgere:
nec ꝓpter illos cõtra ſacras literas intu
meſcere: neq̃ odio habere ⁊ auerſari que
magis intellexerãt q̃m nõ oẽs tũc ita ſen
tiebant ſicut ipſe voluerat. E Simi-
lis ergo porphyrio factus eſt. Ille namq̃
in ceſaria paleſtina a quibuſdaz xp̃ianis
ceſus iracũdiã non ferens chriſtianitatẽ
deſeruit per furorẽ: ⁊ odio inimicoꝝ ſcri-
bẽdo blaſphemias xp̃ianitate priuatus
eſt: ſicut eũ euſebiꝰ pamphili redarguit ⁊
eius verba deſtruxit. Imperator autem
apud ydiotas ſuperbꝰ inter chriſtianos
extitit ea paſſione in blaſphemias por-
phirij declinauit. Ambo ſiquidem ſpon
te deliquerunt: et ſcienter peccando di-
gniſſima pena mulctati ſunt. Cuz igitur
ſophiſta libanius velut irridẽs dixiſſet
hominem ex paleſtina deum et dei filiũ

faciũt oblit⁹ ſuorũ videt͂ eē verborũ. Ad
finē namq̄ et⁹ libri iulianũ deificauit:ſic
inter alia dicēs. Primũ nāq̄ nuntiũ eius
mortis pene pertimuerāt cur putaretur de
deo mētitus. Deinde paululũ deſcendēs
ait. O demonũ alne demonũq̄ diſcipule
et demonũ obſeruator. Qui licet hoc al-
ter intelligeret verũtamē hec eadē de iu-
liano dixit que xp̄iani exprobrātes affir-
māt. Si ꝗ eũ laudare cogitabat: oporte-
bat eũ hoc nomē effugere:nec eũ deditũ
demonib⁹ iudicare:ſicut ſermonē alium
declinauit quē dũ reprehenderet͂ de ſuis
libris abſcidit. Quō eñ hō xp̄i deificetur
⁊ queadmodũ in aperto hō fuerit:inuiſibi
liter aũt de⁹ ⁊ queadmodũ vtraq̄ ſint ve
ra xp̄ianorum ratio ſacra nouit. Pagani
ꝟo autēq̄ credāt itelligere nequeũt. Di
cit eñ ſermo diuinus. Niſi credideritis
non intelligetis. Quapropter non erube
ſcũt mul ꝶ tos hoies deificātes. Et vti
nā bonis morib⁹ inſtitutos/aut iuſtos/
aut caſtos:⁊ nō potius lubricos: iniquos
et ebrioſos.i.hercules:dionoſios ⁊ aſcle-
pios ſicuti frequēter in ſuis libris iulia-
nus iurare nō erubeſcit. Quorum maſcu
los feminaſq̄ cupidines ſi numerare vo
luero lōga diſgreſſio generat͂. Sed ſuffi-
cit hec ſcire volētib⁹ ariſtotelis palliũ:et
corona dionyſij ⁊ liber regine multe me-
morie:turbaq̄ poetarũ q̄ de talib⁹ ſcribē
tes vere ridiculũ: inanitatem theologie
oſtendere paganoꝝ. Quia ꝟo propriũ pa
ganorũ eſt hoies ſumma falſitate deifi-
care mōſtram⁹. Rhodijs quadā calami-
tate detētis reſpōſum eſt datũ vt phry-
giũ attin ſacerdotē veſanie phrygiũ cele
britatis placarēt. Tale nāq̄ reſpōſũ eſt
Attin placate deũ magnũ purũ adonem
bonevite:diuitiarũ datorē:comatũq̄ dio
nyſium. Hoc itaq̄ reſpōſo attin q̄ amore
veſano ſemetipſum occidit: eũdē adonē
dyoniſiũq̄ nominauit. Cũ alexāder ma
cedonũ rex trāſiſſet i aſiā: anfitiones ale
xādro fauētes carmia iſta fuxerit Iouē
deorum cōſulē:⁊ mineruā honora ter ge-
nitā q̄ corpe mortali ſupnũ abſcōdis re-
gē quē iupiter heroũ ſeminauit generi-
bus adiutorē bone leges. Nec in parthia
pronũtiauit demon. Qui cum potentib⁹
adularetur deificabat eos. Quid eñ di-
camus dum etiā Cleomedem adiectiam
deificauerint ita dicētes. Ultim⁹ herouꝫ
cleomedis ciuitatis athleta quem ſa-
crificijs honorate:quia mortalis iaꝫ non
eſt. Propter hoc ergo reſponſum dyoge-
nis cynici et oenamās philoſophus: py-
thium reprehenderunt apolinē: ciziceni
vero terciũdecimũ deum adrianum ap-
pellauerunt. Sed etiā ipſe adrian⁹ ama
tum ſuum antinum deificauit:⁊ hec ridi
culum et inanitatem non dicit eiſe liba-
nius. Hec ergo a nobis ꝑpter ei⁹ detra-
ctionē per diſgreſſionem dicta ſufficiāt.

¶ Theodoricus.

¶ Capitulum tertium. A.

Iouinianus er
go imperator mox vt imperij
ſui terras ingreſſus eſt primũ
hoc ſcripſit vt epiſcopi de exi-
lio remearēt ⁊ eccleſias eis reddēdas eē
profeſſus eſt. qui expoſitam in nicea fidē
inuiolabiliter ſeruauerunt. Scripſit etiā
athanaſio q̄ precipuus erat horũ dogma
tum ꝓpugnator: petēs vt ei reſcriberet ꝑ
fectā diuinorũ dogmatũ diſciplinā. Qui
eloquētiores ep̄os congregās reſcripſit
rogans: vt fidē nicee expoſitā cuſtodiret
tanq̄ apoſtolicis dogmatib⁹ cōgruētem.
Cui⁹ ep̄le ꝟba ſunt hec. Piiſſimo atq̄ cle
mentiſſimo victori auguſto Iouiniano.
Athanaſi⁹ et reliq̄ ep̄i venientes ex pſona
oim epoꝝ egyptioꝝ: thebaidis:⁊ libie.
Decet deo amabilē principē diſcēdi ha-
bere voluntatē:deſideriumq̄ celeſtiũ:ſic
eñ vere ⁊ cor habens in manu dei:⁊ ipe-
riũ cũ pace multis annoꝝ curriculis gu-
bernabis. Uolente igit͂ te a nobis: tua di
ſcere pietate catholice eccleſie fidē grās
ob hoc dño referētes curauim⁹: vt ꝑlatā
ab oibus patrib⁹ in nicea tue pietati inſi
nuaremus fidem. Hanc enim repudian-
tes quidā nobis equidē frequenter inſi-
diati ſunt eo ꝙ arriane non conſentire-
mus inſanie. Auctores vero facti ſunt he
reſis et ſciſmatum vniuerſalis eccleſie.
Uera ergo et pia in dominum noſtrũ ie-
ſum chriſtum fides eſt omnibus manife
ſta:⁊ ex diuinis literis agnita atq̄ lecta.
In hac enim etiam ſancti martyrio con-
ſummati ſunt: et requieſcentes in domi-

nō nunc conſiſtunt. Manſerat itaqꝫ ſemper fides illeſa. niſi calliditas quorundā hereticorū eam violare preſumeret. Arrius enim quidam eiuſqꝫ ſectatores erū pere ꝛ impietatem aduerſus eam introducere tentauerunt dicentes: ex non extantibus et creaturam atqꝫ facturam cō uertibibileqꝫ eſſe filiū dei. Plurimoſqꝫ ꝑ talia ſeduxerūt/ita vt etiā q̄ aliquid eſſe videbātur blaſphemia huiuſmodi traherentur. Verū ſancti patres noſtri olim cōuenientes ſicuti ꝑdiximus in niceno cō cilio: arrianā quidē ſectam anathematizauerūt. catholice eccleſie fidem ſcriptura teſte profeſſi ſunt. Eaqꝫ predicata nec hereſis extincta eſt q̄ vbiqꝫ videbatur accenſa. Hec itaqꝫ fides ꝑ omnes eccleſias legebatur: ſed quoniam arrianam hereſim quidā renouare volētes: ipſam fidē patribus in nicea ꝓlatā anathematizare ꝓſumpſerūt. aliqui vero fingūt ſe eam ꝓfiteri ſed ipſam veritatē negare noſcūtur. Alteri interpretātes cōſubſtātialitatē ꝛ ſancto ſpiritui blaſphemātes cū dicūt eū creaturam eſſe atqꝫ facturā ꝑ filiū celebratam neceſſario cōſiderātes leſionemqꝫ huiuſmodi cauſa cōtra populum generatam offerre tue pietati cōfeſſionē concilij niceni curauimus vt pia religio tua cognoſcat cū quanta ſcrupuloſitate conſcripta eſt: et quantū errent qui extra eam volunt aliquid edocere. Cognoſce deo amabilis imperator quoniā hec quidem predicatura ſeculo: et hanc profeſſi ſunt patres nicea conuenientes. In hac quoqꝫ fide cōcordant omnes eccleſie hyſpania et brittānia necnon gallijs ytalijs et dalmatijs conſtitute. In cappadocia myſia: ꝛ macedonia vniuerſa ſimul halladia/ſed etiam vniuerſa Affrica/Sardinia/Cypro/Creta/Pāphilia/Licea/Yſauria/et in omni Egypto et Libia pōto/et Cappadocia/partibuſqꝫ vicinis ꝛ oriētales eccleſie preter paucas arrij ſectatores. Omnium namqꝫ predicatorum ſententiam experimento cognouimus ꝛ literas habemus eoſqꝫ nouimꝰ deo amabilis imperator: quia cum pauci quidaꝫ huic fidei contradicant preiudium facere non poterūt in toto orbe terrarū. Multo enim tempore ab hereſe arriana pulſati: nunc etiam pietati contentione maxima cōtradicūt. Ut vero hec pietas tua cognoſcat licet ſciat tamē ſtuduimus fidem niceno concilio profeſſam ab epiſcopis trecentis decem et octo ſubiungere. Eſt autē hec niceni concilij fides. ¶ Credimus in vnum deum patrem omnipotentem omnium viſibilium inuiſibiliūqꝫ factorem. Et in vnum dominum Ieſum chriſtum filium dei natum ex patre vnigenitū: hoc eſt de ſubſtantia patris/deū de deo/lumen de lumine deum verū de deo vero/natum non factum conſubſtātialem patri per quem omnia facta ſunt que in celo ꝛ q̄ in terra. Qui propter homines et propter noſtram ſalutem deſcēdit: incarnatus/humanatꝰ/paſſus eſt/ꝛ in die tertia reſurrexit. Aſcendit in celo venturus iudicare viuos ꝛ mortuos. Et in ſpiritū ſanctū. Eos aūt q̄ dicunt erat qñ nō erat ꝛ anteqꝫ naſceret nō erat: ꝛ q: ex nō extātibꝰ factꝰ eſt: aut ex altera ſubſtātia vel ſubſiſtētia dicētes eſſe aut creatū aut cōuertibilem aut mutabilē filiū dei: hos anathematizat ſancta catholica et apoſtolica eccleſia. In hac fide deo amabilis īperator nos ꝯſiſtere neceſſariū eſt tanqꝫ ſacra ꝛ apoſtolica: nullaqꝫ mouere eā ſeductione verborū atqꝫ cōtētione: q̄s ab initio arriani fecerūt/ex nō extātibꝰ filiū dicētes. Et q: erat qñ nō erat: ꝛ creatus ꝛ factus ꝛ ꝯuertibilis eſt. Propterea ſicuti ꝑdiximus: ꝛ nicena ſynodus hereſim anathematizauit hmōi: fidē vero ꝓfeſſa eſt veritatis. Nō eñ ſimpliciter ſimilē dixerūt filiū patri ne ſimpliciter ſimilis deo deus verus eſſe crederetur: ſꝫ etiā cōſubſtātialē ſcripſerūt quod ꝓpriū eſt geniti veriqꝫ filij ex vero ꝛ naturali patre naſcētis. Sed neqꝫ ſpiritū ſanctū alienauerūt a patre ꝛ filio: ſed potius glorificauerūt eū cū patre ꝛ filio in vna ſancte trinitatis fide eo ꝙ vna ſit in ſancta trinitate diuinitas. Has literas imꝑator leges confirmauit quā habuerat de ſacris ſciētiam ꝛ affectū aliāqꝫ B cōſcripſit legē vt frumētorū cōſuetudo redderetur eccleſijs: quā maximus diſtribuerat conſtātinus ꝛ dari ꝓhibuerat iulianus. Et qm̄ propter illius impietatē orta fames nō ſinebat totā tūc ſummā quā ꝯſtātinꝰ

cōſtituerat erogari tertiā partē Iouinia
nus ad pñs impēdi ꝑmiſit:ita vt ceſſan
te fame frumēta integra preberentur.

¶Socrates. ¶Cap.iiij. A

EUocauit igit̄
imperator a ꝯſtātio exilio
miſſos ep̄os q̄ nō occurre=
rāt iuliani redire tempori
bus. Tunc autē etiā tēpla
paganorū oīa claudebātur:⁊ ipſi ſacer=
dotes vbiq̄ fugiebant. Indutiq̄ pallijs
ipſa pallia reponebant ⁊ ad ſchema cō=
mune reuertebātur. Quieuit etiā pollu=
tio ſanguinis quā publice inſatiabiliter
ſub iuliano celebrabāt. Porro xp̄iani nō
quieſcebāt:preſules eī regionū adibāt
crebro principē credētes ei⁹ obtinere ſe
volūtatē aduerſus ꝓprios inimicos. Et
primū quidē macedoniani libellū princi
pi porrexerūt poſtulātes vt expellerētur
eccleſijs q̄ diſſimilē filiū p̄dicabāt:⁊ ipſi
introducerētur in eas. Erāt eī q̄ libellū
obtulerāt Baſili⁹ ancyre:Siluan⁹ thar=
ſi. ſophroni⁹ pōpeiopoleos:paſinicus zi
lenus:leōtius coman⁹: callicrates clau=
diopoſitis: theophilus icaſtabele⁹. Ho
rum libellū imperator accipiēs:eos ſine
reſpōſo dimiſit:hoc tātummodo dicēs.
Ego cōtētiones odi:eos aūt q̄ ad cōcor=
diam feſtinant diligo pariter et honoro.
Quod audiētes q̄ ad cōtētionē ſe prepa
rabāt:quieuerūt. Hoc ergo ꝓ voto impe
ratoris eſt factū. Nam tunc intentio ſe=
cretorum acacij reuelata eſt:⁊ ſicuti ſole
bāt ad vota ſe principis cōtulerūt. Cōue
nientes enim in anthiochia ſyrie:habue
runt verba cum meletio:qui ante paulu
lum diuiſus ab eis conſubſtantialitatē
defendere videbatur. Hoc itaq̄ fecerunt
quoniam eū honorari conſpiciebāt:prin
cipe tunc ibi morante. Cōmuni ergo con
ſilio libellum componentes conſubſtan=
tialitatem profeſſi ſunt:⁊ nicenam robo=
rantes fidē obtulerunt imperatori. Cu=
ius libelli verba ſunt hec. ¶Pijſſimo et
deo amabili domino noſtro Iouiniano
victori auguſto:ſynodus preſentiū epi=
ſcoporū ex diuerſis prouincijs in anthio
chena vrbe cōuenientiū. Quoniam eccle
ſiaſticam pacē atq̄ cōcordiā tua primuȝ
ſtuduit pietas celebrare:bene nouimus
etiā nos deo amabilis imperator. Quia
vero verticē huiuſmodi vere vnitatis et
orthodoxe fidei bene ſumpſiſti/neq̄ hoc
ignoramus. Sed ne cū his q̄ adulterāt
veritatis dogma reputemur:tue pietati
ſuggerimus:qm̄ ſancti cōcilij nicea olim
⁊ ab initio celebrati fidē ⁊ ſuſcepimus et
tenemus. Quādo etiā ⁊ cōſubſtātialita=
tis nomen quo aliter ſe quibuſdā habe=
re videtur dicimus cautā interpretatio=
nē a patribus excepiſſe:quippe ſignificā
tibus qm̄ ex ſubſtantiā patris natus eſt
filius:⁊ quia ſimilis per ſubſtantiā patri
eſt. Nō eī velut aliqua paſſio circa ineſ
fabilem natiuitatē creditur. Neq̄ ſecun
dum aliquem paganorum vſum percipi
tur a patribus ſubſtantie nomen dictū:
ſed ad deſtructionē arrianorū q̄ preſum
pſerunt ex non extātibus de xp̄o aliquid
impie predicare. Quod etiam iſti q̄ nunc
inequalitatē aſſerunt aſperius et auda=
cius ad vaſtādam eccleſie cōcordiā im=
prudētes auſi ſunt perpetrare. Quāobrē
huic noſtre relationi ſubiunximus exem
plar fidei niceni concilij. quam etiam de
center amplectimur. Eſt eī huiuſmodi.
Credimus in vnum deū patrē omnipo=
tētē:⁊ reliqua. Et ſubſcriptio. Meletius
ep̄s anthiochie obtuli in ſupraſcriptis
cōſentiens Euſebius ſamoſatenus eua=
grius ſiculus:vranius apamie zoilus la
riſenus:acatius ceſarie: antipater roſi:
abraminus emenus: ariſtonicus ſeluco
beli:barlabentus pergami.vranius me=
letie/magnus calchidis/euthici⁹/eleu=
theropleos: ioſacius armenie maioris:
titus boſtrenſis/ pelagius laodice: ara=
bianus adrenſis piſo:adadenus ꝑ lami=
rionē preſbyterū:zabinianus zeumatis:
athanaſius ancyre ꝑ orſituȝ ⁊ eatiū pre=
ſbyteros:hyrene⁹ gaze pro auguſte pa=
tricius palti ꝑ lamirionē p̄ſbyterū. Ana
tholius berothea: theotimus aramen⁹/
lucianus arcenus. Hunc itaq̄ libellū in
collectione ſynodaliū ſabini cōſcriptū in
uenimus. Uerū imperator ꝓpoſitū hūc
habebat vt blādimētis ⁊ ſuaſione verbo
rū diſcordātiū cōtētiones abſcinderet di
cēs.nulli q̄dē ſe quōcunq̄ credentiū fore
moleſtū eos tñ diligere ⁊ nimis honora=

re q̄ principiū eccleſiaſtice vnitati prebe
rent. Quia vero hoc egerit etiā themiſtiꝰ
philoſophꝰ ait in laude quā in eius ꝓtu
lit cōſulatu vbi mirabatur imperatorem
quod ꝑmiſerit vnūquēq̄ colere ſicut vel
let: atq̄ deuicerit blādiētiū mores quos
valde deridēs ait manifeſtare purpurā.

¶ Sozomenus. ℬ ¶ Igitur impera
tor tunc etiā ſecundo nomine prefecturā
gubernāti pretorianā legē dedit vt capi
tali ſentētia plecterētur q̄ ſacrā virginē
nuptiali thoro violare preſumeret et vel
impudico aſpectu reſpiceret: non dicam
abripere forte tentaret. Quā legem ideo
poſuit eo quod iuliani tēpibus q̄dā hmōi
virgines vxores ducere preſumpſerunt.

¶ Sozomenus. ¶ Capitulum.v.

INter hec atha
naſius alexādrine ſedis epūs:
cū paucis ſuorū cōicato cōci-
lio neceſſarium iudicauit vt
xpianū videret iperatorē. Ueniensq̄ an-
thiochiā principē de q̄bꝰ oportebat edo
cuit. Quidā aiūt q꞉ eū ipſe magis euoca
uerit imperator: vt q̄ neceſſaria pro reli-
gione ⁊ recta fide videbātur exponeret.
diſponēſq̄ vt decebat cauſas eccleſie de
reuerſione cogitabat. Uerū euzoius ar-
riane ſecte anthiochene ciuitatꝫ epūs ſtu
debat vt ꝓbatianus q̄dā eunuchus i ale
xādria vrbe ordinareť epūs. Cūq̄ hoc age
retur: lucius alexādrinus a georgio p̄ſbi
ter ordinatus adijt imperatorē: ⁊ maledi
cēs athanaſio quaſi tēporibꝰ epātus ſui
fuiſſet inſcriptus: ⁊ plurima exilia ꝑcedē
tibus ſuſtinuiſſet imperatoribꝰ eſſentq̄
circa ſacra ꝑ eum cā diſcordie. ſupplica-
bat inſuper vt alter in alexādrina ciuita
te ordinareť epūs. Uerū imperator ſciens
quāte athanaſio inimicorū inſidie ꝓue-
niſſent: derogationes hmōi nō reſpexit:
ſed luciū quidē cū multa interminatiōe
tacere iuſſit. Probatium vero eiuſq̄ ſe-
quaces eunuchos auctores hmōi ſcelerū
atq̄ turbarum caſtigādos eſſe precepit.
Porro athanaſium amicū ſibi maximuꝫ
factū deſtinauit in egyptū / vt ſicut ei vi
deretur cauſas eccleſiarū populoſq̄ di-
ſponeret. Fertur enim: q꞉ euꝫ ꝓ maxima
virtute conuerſationis ſapiētieq̄ lauda-
uerit. Aiūt q̄dā anteq̄ ſub cōſtātio impe
ratore arriani tenerent eccleſias ſomniū
vidiſſe āthoniū monachū q̄ſi burdones
altare ſacrū calcibꝰ euertiſſent: experre-
ctūq̄ dixiſſe ab adulteris ⁊ ꝑmixtis ho-
minibus eccleſia calcareť. Que nō fuiſſe
mēdatia: poſterior mōſtrauit euentus.

¶ Socrates. ¶ Capitulū.vj.

TUnc igiť im
perator ipetū retinēs he-
reticorū diſceſſit ab āthio-
chia ⁊ venit ad tharſuꝫ ci
licie: ibiq̄ corpꝰ iuliani ſe-
peliuit. Et dū cuncta ſolēnia funeri eius
exhibuiſſet conſul eſt deſignatus. Dūq̄
cōſtātinopolim feſtinaret venit ad p̄diū
noie dadaſtā inter galatiā ⁊ bithiniaꝫ q̄
philozophus themeſtius cū alijs ſenato
ribus occurrēs: cōſularē recitauit orōnē.
Feliciter tunc agi potuerāt res romane
publice: et ſimul eccleſiaſtice ſub princi-
pe benigno diſpoſite: niſi repētina mors
mortalē virū ab hoībꝰ abſtuliſſet. In p̄-
dicto nāq̄ p̄dio hyemis tpe infraxis lā-
guore cōſtrictus ē mortuus: cōſulatu ſuo
et baroniani filij: ſeptima decima die fe-
bruarij mēſis q̄ regnauit mēſibus ſepteꝫ
vixit annis triginta tribus.

¶ Sozomenus. ¶ Capitulum.vij.

CUmq̄ in ni-
ceā bithinie veniſſet exer
citus: valētinianum ordi
nauit iperatorē: virū opti
mū ⁊ apice principali di-
gniſſimum. Socrates.
¶ Ualētinianus igiť ordinať viceſima-
quinta die eiuſdē februarij mēſis: pāno-
nius genere / de ſcibala ciuitate. Cui tūc
erat militū cura cōmiſſa: q̄m ꝓbatiſſime
militarē nouerat diſciplinā. Fuit ēt vir
magnanimus ⁊ ſemper p̄nti fortuna me
lior apparebat. ¶ Theodoritꝰ. ¶ Is eīn
nō mō fortitudinē: ſed etiā prudētia tem
perātia atq̄ iuſtitia: ⁊ corporis magnitu
dine preſulgebat. Sic enim fuit regalis
pariter ⁊ vrbanus vt dū exercitus tētaſ-
ſet ei aliū ſociare conſortē: ille reſpōde-
rit. Quod cātatur ab omnibꝰ veſtrū inde
fuit: o milites imperatore non exiſtente

mihi dare regimē imperij. Uerū vbi hoc ego ſuſcepi: meū iā ⁊ nō veſtrū eſt de rebus cogitare cōmunibus. Cuius verba mirati milites eius ſecuti ſunt volūtatē. At ille fratrē de penis vocās qd non debuit ſociū fecit imperij. ¶ Socrates. ¶ Poſt triginta dies auſpicij ſui.

¶ Theodoricus. ¶ Cui aſie ſceptra cotradēs pariter ⁊ egypti europā ſibi diſtribuit. Et veniēs ad heſperiā oēs ilico docuit eq̄tatē a predicationib⁹ pietatis incipiēs. ¶ Cap. viij.

Axentio nāq̄ defuncto q̄ mediolanenſem preſulatū tenuerat: multiſq̄ fuerat cōcilijs abdicatus: reuocās ep̄os hm̄ōi apud eos verba locutus eſt. Noſtis aperte eruditi quippe diuinis eloquijs qualē oportet eſſe pōtificē ⁊ q: nō decet eū verbo ſolū: ſed etiam ꝯuerſatione gubernare ſubiectos ⁊ toti⁹ ſemetipſū imitatorē virtutis oſtēdere: teſteq̄ doctrine cōuerſationē bonā habere. Talē itaq̄ in pōtificali ꝯſtituite ſede cui ⁊ nos q̄ gubernamus imperiū ſincere nr̄a capita ſummittamus ⁊ eius monita dū tāq̄ homines deliq̄rim⁹ neceſſario veluti curātis medicamenta ſuſcipiam⁹. Hec cū dixiſſet imperator: petijt ſynod⁹ vt magis ipſe diſcerneret ſapiēs et pius exiſtēs. At ille: ſup vos eſt inquit talis electio. Uos em̄ gratia diuina potiti ⁊ illo ſplēdore fulgētes: melius poteritis eligere. Tunc ſacerdotes egreſſi de ep̄ali ſede tractabāt. Uerū ciuitatis habitatores vt B aſſolet tumult⁹ faciebāt: alij hūc: alij illum ordinare petētes. Qui enim erant de arriani auxētij ſecta ſimilē ſibi fieri cōcertabāt. Rurſus orthodoxi ſui dogmatis nitebant̄ habere ep̄z. Hāc ſeditionē ambroſius cui tūc preſidalis fuerat cura cōmiſſa cognoſcēs / ⁊ metuēs ne q̄d turbe conſurgeret ad eccleſiā feſtinus acceſſit. At illi ceſſante ſeditiōe cōmunem dederunt vocē petētes vt paſtor gregis ordinaret̄ ambroſius q̄ nōdū fuerat baptizat⁹. Hoc imperator agnoſcens: repēte iuſſit ⁊ baptizari tanq̄ dignū virū ordinari pōtificē. Nouerat em̄ eius certiorē omniū poſſidere volūtatez et totius regule decreta ſubtiliora arbitratus etiā diuinum in eo eſſe decretum dū in ei⁹ electione ēt pars ꝯtraria ꝯſonaret. Is ergo ſacri baptiſmatis dona potitus gratiā quoq̄ ſimul ſuſcepit ep̄atus. Quo facto hūc hymnū optimus imperator ſaluatori et dn̄o obtuliſſe fertur. His q̄ppe q̄ gerebant̄ intererat. Gratias inq̄t ago tibi dn̄e oīps et ſaluator nr̄ q̄m huic viro ego q̄dē cōmiſi corpora. Tu aūt animas ⁊ meā electiōez oſtēdiſti tue iuſtitie cōuenire. Cūq̄ ¶ poſt paucos dies ſanctus ambroſi⁹ cū multa fiducia apud iperatorē q̄reret̄: q: male a iudicib⁹ agebat̄: tūc iperator ait. Hāc inq̄t cōfidentiā tuā dudū noui ⁊ aperte ꝓbās nō ſolū rō reſtiti ſed etiā in electionē ordinationis tue ſocius fui. Feſtina itaq̄ ſanare ſicut diuina lege ꝑcipit̄ aiaru₃ delicta nr̄arū. Hec igit̄ imperator mediolani ⁊ dixit et fecit. Cognoſcēs aūt quoſdā D in aſia ⁊ phrygia de diuinis dubitare dogmatibus. in illirico quidē precepit ſynodū celebrari et q̄ de illis decreta atq̄ firmata ſunt dubitātib⁹ deſtinauit. Porro q̄ illic cōuenerāt decreuerūt fidē expoſitā in nicena vrbe ſeruādā. Scripſit aūt ⁊ ipſe ſociū adhibēs in ſuis literis fratrē: quatinus i his q̄ placuerāt duraret̄. Nūc ergo etiā legē ipſam ponere neceſſariū₃ eſt q̄ aperte ⁊ eius pietatē predicat: ⁊ valētis tūc ſinceritatē ſine dubitatione demonſtrat. ¶ Capitulum. ix.

Imperatores maximi pij victores auguſti valētian⁹ valēs / ⁊ grattianus: epiſcopis dioceſeos aſie phrygie: carophrygie: pagaciane in dn̄o ſalutem. Tāto concilio in illirico celebrato: ⁊ ſubtiliter habita q̄ſtione de ſalutari verbo oſtenderunt ter beati pontifices trinitatem conſubſtantialem patris et filij et ſpirituſſancti. Quā nequaq̄ declinantes iuxta miniſteria religionis magni regis exercēt. Hāc ergo predicari decreuit noſtra quoq̄ potētia: ita tamen vt non dicant aliqui: ſequimur religionē imperatoris hanc patriam gubernantis ⁊ nō illi potius obediētes qui nobis ſalutis mādata cōtradidit. Euangeliū nāq̄ chriſti

ſe habet. Reddite q̄ ſunt ceſaris ceſari: ⁊
que ſunt dei deo. Quid ergo dicitis vos
epi ⁊ pſules ſalutaris verbi: ſi ita ſe ha
bet veſtra probatio diligētes alterutros
imperiali abuti dignitate? Quieſcite et
nolite perſequi eos qui deo perfecte mi=
niſtrant: quorum orationibus et terrena
bella ſedantur: et recedentium a deo an
gelorū repellētur incurſus: quiq̧ oēs de
mones corruptores precū aſſiduitate cō
fundūt: tributa ſecundū leges inferre nō
reſpuūt: ptātiq̧ regie nō reſiſtunt: ſed ſin
cera voluntate et superni dei mādata cu
ſtodiunt: ⁊ noſtris legibus ſubiungatur.
Uos autem inobedientes eſſe monſtra=
mini. ⁊ nos quidem ſubijcimur ei qui pri
mus eſt ⁊ nouiſſimus: vos autē vobiſmet
arrogatis. Nos itaq̧ puros noſipſos a
vobis eſſe deſideram⁹. Et ſicut pilatus
in examinatiōe noſtri chriſti: cū nollet eū
perimere cōuerſuſq̧ ad orientē ⁊ petens
aquam diluit manus ſuas dicens. Inno
cēs ego ſum a ſanguine hui⁹ iuſti: ſic etiā
noſtra maieſtas ſemper mandauit perſe
cutionē non fieri: neq̧ fluctuationes in=
ferri: nec inuidere laborantibus in agro
dñico: diſpenſatores magni regis expel=
lere: vt nō ad preſens et ſub imperio no=
ſtro creſcere videamini: et poſtea teſta=
mentum dñi ſubdere paſſioni ſicut i ſan=
guine zacharie. Sȝ illi poſt aduētū ſup=
ni regis nr̄i xp̄i ieſu diſrupti ſunt: cōtra=
diti mortui cū adiutore ſuo demone cor=
ruptore. Hoc pcepim⁹ in megecio: ⁊ cice=
ronio ⁊ damaſo ⁊ lāpone ⁊ brintiſio q̄ au
ditores fuerūt. Sed etiā ipſa vobis geſta
direxim⁹ quatenus agnoſcatis ea que in
eximio ſunt concilio celebrata. His ergo
literis ſubdit etiā dogma cōcilij: hec ſum
matim habentia. Profitemur ſequentes
magnū orthodoxorūq̧ cōciliū cōſubſtā=
tialē eſſe patri filiū et nō ſic itelligim⁹ cō
ſubſtātialeȝ ſicuti dudū q̄dā expoſuerūt
nō vere ſubſcribētes ⁊ nūc alij illos vo=
cātes patres: virtuteȝ ſermonis reſpuūt
⁊ ſequunt̄ eos q̄ p cōſubſtatialitatē ſimi
litudinem ſignificatam eſſe conſcripſe=
rūt: eo q̄ nulli reliquarū creaturarū p cū
factarū ſimilis ſit filius/niſi tantūmodo
patri. Sed qui hec exponūt creaturā pre
cipuā dei filiū impie dogmatizant. Nos
itaq̧ ſapimus: ſicut etiaȝ concilia nuper
rome ⁊ gallijs celebrata: vnā eſſe eādēq̧
ſubſtantiam patris et filij ⁊ ſpiritusſan=
cti: in tribus perſonis quod eſt in tribus
perfectis ſubſiſtātijs. Confitemur auteȝ
ſecundū nicenā expoſitionem et incarna
tum filium dei conſubſtantialē ex virgi=
ne ſancta maria: ⁊ in hominibus habi=
taſſe/ et compleſſe diſpoſitioneȝ pro no=
bis omnē in natiuitate ⁊ paſſione ⁊ reſur
rectione ⁊ in celos aſcenſione et iterum
venturū vt reddat nobis ſimilitudinē di
uinam a ſemetipſo deo exiſtentē carnige
rum ⁊ homineȝ deiferum. His ergo que
predicta ſunt cōtraria ſapientes anathe
matizamus: ⁊ eos ſimul q̄ non vere ana=
thematizant eū qui dixit anteq̄ naſceret̄
nō fuit filius ſed ſcripſit quia anteq̄ ope
re naſceretur virtute erat in patre. Hoc
eīm et in oībus creaturis eſt q̄ nō ſemper
exiſtunt ſicuti deus. Fili⁹ eīm ſemper cum
patre eſt ſempiterna natiuitate progeni
tus. Hec igitur imperator ſummatim ſi=
gnificauit. Ego vero etiam ipſas cōcilij
literas ponendas exiſtimo.

¶ Capitulum decimum.

Epiſcopi illiri
ci. Epis eccleſiarū dei dio
ceſeos aſiane phrigie/ca=
rophrigie/pagatiane/in
dño o ſalutē. Conuenient ib⁹
nobis in vnū et habita maxima queſtio=
ne de ſalutari verbo probauimus cōſub
ſtantialē eſſe trinitatē patris ⁊ filij ⁊ ſpūſ
ſcti. Quamobrē iuſtū fuit vobis literas
deſtinare/ non quibuſdam argumenta
tionibus religionem trinitatis ſcriben=
tes: ſed in humilitate rogātes. has nr̄as
lr̄as deſtinauimus per dulciſſimū fratrē
nr̄m helpidiū preſbyterum. In p̄ntibus
itaq̧ nr̄is lr̄is quaſi illud referẽ qd̄ in ſa
lutaris noſtri ieſu xp̄i libris ſcriptum eſt.
Ego quidē ſum pauli ego aūt apollo ego
vero cephe. Nunquid paulus crucifixus
eſt pro vobis aut in nõle pauli baptiſati
eſtis. Et hec quideȝ ſufficiebant humili
tati nr̄e: etiā ſi non vobis vniuerſales li
teras mitteremus/propter tm̄ timorem
quē ibi predicatis cuncte vr̄e prouincie a
patre et filio ⁊ ſpiritum ſanctū diuiden=

tes. Quamobrē neceſſariū habuim⁹ ad vos deſtinare dn̄m nr̄m ⁊ comminiſtruꝫ helpidium a regio principatu romanorum has literas deferentem: vt ſi forte talis eſt predicatio veſtra cognoſcat: quoniā qui conſubſtātialē trinitatem nō predicāt anathema ſint. Et ſi quis his non communicans inuenitur/anathema ſit. His aūt qui conſubſtantialē predicant trinitatē preparata ſunt regna celorum. Rogamus ergo vos fratres vt nō aliud doceatis: non aliud innouetis: ſed cōſubſtantialem ſemper vbiqꝫ predicātes trinitatē poſſidebitis regnum dei. Ob hoc ſcribentes et cōmemorātes: has literas deſtinauimus. De epiſcopis autē cōſtituēdis vel cōminiſtris iam conſtitutis ſi permanſerint vſqꝫ ad finem ſani/bene: alioquin ex ipſo preſbyterio repellātur. Similiter preſbyteros atqꝫ dyaconos in ſacerdotali ordine diffiniuimus: vt ſint irreprehenſibiles vndiqꝫ et a curia et ab officio militari. Propterea ergo hoc noluimus pluribus verbis ſcribere: eo ꝙ direxerimus vnū ex oībus dominū noſtrū et cōminiſtrū helpidium: ſtudioſe: predicationem veſtram cogniturū ſi ita ſe habet ſicut audiuimus a dn̄o noſtro ⁊ conſacerdote euſtachio. De cetero licet aliquādo in errore fueritis deponētes veterē hoiem induimini nouo. Nam et ipſe frater ⁊ cōminiſter helpidi⁹ docebit vos veram predicare fidem quia ſancta trinitas cōſubſtātialis deo et patri/et filio cū ſpū ſctō ſctificata/glīficata/manifeſtata eſt: pater in filio/filius in patre/cū ſancto ſpiritu in ſcl'a. Hoc itaqꝫ declarato aperte poterim⁹ ſanctam trinitatē cōfiteri cōſubſtantialem eſſe ſecundū fideꝫ olim in nicea expoſitam: quam patres confirmauerūt. Qua fide predicata poterimus erroneū demonē declinare. Quo extincto: pacificos noſmetipſos litteris degētes in pace ſalutabim⁹. Scripſim⁹ itaqꝫ vobis vt noueritis arrianos eſſe cōdēnatos nolētes ꝯfiteri ex patris ſubſtātia filiū ⁊ ſpiritū ſanctū: quorum nomina ſunt ſubiecta. Polyeronius: telamatus fauſtus/aſclipiadis/amantius/cleopater. Hec ergo ita ſe habent in gloria patris et filij et ſpiritus ſancti in ſecula ſeculorum amē. Ualere vos optamus patri et filio ſaluatori chriſto cū ſancto ſpiritu multis annorum curriculis.

¶ Capitulum .xj. A

FAmoſiſſimus igitur imperator tanqꝫ apoſtolicis dogmatib⁹ ſollicitudinem perhibebat. Interea ſyrus qdā ⁊ genere ⁊ lingua pariter audēs nomine illo tempore fuit dogmata noua reperiens. Qui dudum quideꝫ malignos habere conceptus incipiens: tūc manifeſtus apparuit. Prius nāqꝫ fatue intelligēs qđ ſcriptum eſt. Faciam⁹ hominē ad imaginem et ſimilitudinē noſtram humanam formam putauit habere diuinitatem: et corporis partibus eſſe diſtātiam: diuine ſcripture nequaqꝫ ſenſum reſpiciens: que ſepe diuinis operationibus humanorum membrorum nomina circumponit: quoniam: qui facile ſubtiliora intelligere neqūnt per hec dei prouidētiam magis agnoſcunt. Adiecit autem huic impietati et alia his vicina. Ex veſania namqꝫ manetis aſperſus: neqꝫ ignis: neqꝫ tenebrarum deum aſſeruit creatorem. Sed hec quidē ⁊ quecūqꝫ his ſimilia celāt manetis veſanie participes vt iſte ꝑdicabat ab eccl'ia ſegregati ſunt qꝛ quidā maledictū aſſerūt partū: quidā ꝟo cū mulierib⁹ nō lōge cohabitātes cōtra legē viuūt: ⁊ ꝓpterea dicūt remotius eſſe viuendū celātes dogmatū blaſphemiā. Eſt tn̄ eis habitatio arrogātie plena ⁊ fariſayce ꝓpago doctrine. Naꝫ illi alarū ⁊ corporū medicū accuſabāt ī tēplo dicētes apoſtolis: vt qđ cū publicanis ⁊ peccatorib⁹ mādūcat magiſter veſter? Et ꝑ ꝓphetā de talib⁹ dicit de⁹. Qui dicunt mūdus ſuꝫ: noli me tāgere: iſti fum⁹ erūt in furore meo ignis ardēs tota die. Sed hoꝝ ſtultitiā redarguere preſentis tēporis nō eſt: quapropter ad narrationē reliquā procedam⁹. ¶ Ea tēpeſtate meſſalianoꝝ quos orātes appellāt: hereſis eſt exorta. Uocant aūt ⁊ alia appellatiōe eutiſyaſte ideſt ſacrificatores. Iſti eñ cuiuſdā demonis ꝑationē expectāt ⁊ hāc ſcti ſpūs preſentiā arbitrant. Qui vero integro huius rei lāguore participātur: ad

uerſantur operationē manuū quaſi ma-
lignam:ſomnoq̧ ſemetipſos indulgent:
⁊ iniquitatū fantaſias prophetias appel
lāt.huiꝰ hereſis fuerūt principes:dado-
ſius et ſebas:⁊ adelfiliꝰ.hermas⁊ ſymeo
nis et aliȷ̈ q̇ ab eccleſiaſtica quidem ne-
quaq̧ cōmunione receſſerunt dicētes di
uinum cibum nihil nec prodeſſe nec lede
re.De quo dominus dixit chriſtus. Qui
comedit carnem meam ⁊ bibit ſanguinē
meū viuit ineternū.Cūq̧ voluerint hūc
celare lāguorē etiā ꝯuicti impudēter ne
gāt et hec alios ſapiētes q̄ ipſi animo re
tinēt prorſus abdicāt.Litonis itaq̧ pre-
ſul melicieſis eccl'ie diuino zelo decēter
ornatꝰ:vidēs eo q̧ hic lāguor multa mo
naſteria magis aūt latronū vt ita dixe-
rim ſpelūcas inuaderet:eas incēdit⁊ lu-
pos ab ouibꝰ ſegregauit.Similiter etiā
philocius famoſiſſimꝰ lichaonēſis anti-
ſtes:dū hec peſtis illic creſceret:eā valde
cōpreſſit ⁊ oues q̄ tali cōtagione vexabā-
tur eripuit.Porro flauianꝰ vbiq̧ lauda-
bilis preſul anthiochenus audiēs hos
in edilſa degere.⁊ venenū ꝓprium vrbi-
bus vicinis aſpergere turbā dirigēs mo
nachoꝝ deduxit ad anthiochiā:⁊ negan
tes eā peſtē hoc modo redarguit. Accu-
ſatores itaq̧ dixit calumnioſos eſſe:te-
ſtes vero mendaces Adelipium aūt val
de ſenem cum manſuetudine vocans et
iuxta ſe ſedere precipiens ait. Nos o ſe-
nior qui iam magnā partē vite tranſiui-
mus humanāq̧ didicimꝰ valde naturā:
et aduerſariorum demoniorum machi-
namenta cognouimꝰ ipſo experimento
gratie miniſtrationes edocti sumꝰ.Iſti
vero cum ſint iuuenes nihil horum per-
fectius agnoſcētes:ſpiritalia audire ver
ba non portant: quapropter dicito mihi
quomodo credis ſpiritū contrariū rece-
dere et gratiā ſancti ſpiritus aduenire?
His verbis ſenex ille multatus omne ve
nenū quod celabat euomuit atq̧ dixit.
Nullam quidē vtilitatē ex ſctō baptiſ-
mate baptiſatis accedere. ſʒ ſolā ſtudio
ſam orationem inhabitātē demonē effu
gare dicebat.Inſuper vnumquēq̧ naſcē
tiū a ꝓgenitore ſuo ſicuti naturam:etiā
ſic demonum trahere famulatuʒ.Et his
expulſis per illā orationē ſtudioſam ſan
ctū ſpiritū aduenire et ſenſibiliter ac vi-
ſibiliter ſuā deſignare pñtiā atq̧ corpus
paſſionibus motus cuiuſlibet eripere:et
animā a mala volūtate penitꝰ liberare
ita vt nequaq̧ de cetero egeat.neq̧ ieiu
nio macerāte corpꝰ neq̧ doctrina refre-
nāte:et ꝓgredi diſciplina libēter edocē
te.Nō ſolū aūt q̇ hoc īpetrauerit corpis
inq̇t exultatiōibus liberabat̃ ſed aperte
etiā futura ꝓuidet ⁊ ſanctā trinitatē ocu
lis cernit.Hūc itaq̧ flauianꝰ fetidiſſimū
fodiēs fontē:⁊ eiꝰ pocula cūctis examinā
da ꝓducēs:infeliciſſimo ait ſeni.vetuſtiſ
ſime maloꝝ dieꝝ crepauit te os tuū:⁊ nō
ego labia enī tua teſtant̃ aduerſuʒ te.Cū
q̧ hic lāguor cūctis innotuiſſet a de ſyria
q̇dē expulſi ⁊ ad pāphiliaʒ ſunt progreſ-
ſi eamq̧ huiuſmodi peſte compleuerūt.

Sozomenus Capitulum.xiȷ̈.

Bitur valenti-

nianus cū ita ſaperet ſicut ni
ceni patres A ſimilia pro
fitētibꝰ ꝓderat.Aliter vō ſa-
piētibus nō erat importunus. Qui dum
initio regni vrbe cōſtantinopolitana per
thracias properaret ad romā:tūc epiſco
pi helleſponti bithinie:⁊ quicūq̧ conſub
ſtantialem patrem ac filium predicabāt
legatuʒ miſerunt hypationum heraclie
perichō preſulem:quatenus dignaretur
ad emendationē dogmatis intereſſe.Is
cū audiſſet impatorē ⁊ epoꝝ legationem
intimaſſet:rñdēs valētinianꝰ ait. Mihi
q̇dē cū minimꝰ de pplo ſim:fas nō eſt ta
lia pſcrutari.Verū ſacerdotes q̇bꝰ hec cu
ra eſt apđ ſemetipſos cōgregent̃ vbi vo-
luerint.Cū hec itaq̧ reſpondiſſet prin-
ceps i lāpſaci cōuenerūt epi.Cūq̧ duos
tractaſſent mēſes nouiſſime decreuerūt
vt ea q̄ conſtātinopolim geſta fuerāt ſtu
dio eudoxiȷ̈ ⁊ acaciȷ̈ vacuarent̃.Silr aūt
vt vacaret etiā expoſitio fidei quā velut
occidētaliū epiſcopoꝝ ꝓferētes quoſdā
ſubſcribere i ea ꝓmiſſione fecerūt:qr qđ
fuerat cōſtitutū de diſſimilis ſubſtantie
nomine penitus abdicarent qđ etiā ſunt
mentiti. Similem vero eſſe patri filium
per ſubſtantiam aſſerebant dicentes ne
ceſſariam ſimilis abiectionē propter ſi-
gnificationem ſubſtantiarū. Fideʒ vero

illā eſſe p̄cipiēdam p̄ omnes eccleſias que ſelentia fuerat promulgata: et expoſita in dedicatione anthiochene probat᷑ eccleſie. Depoſitis autē ab eis qui diſſimilem patri filiū aſſerebant ſedes proprias recipi decreuerūt. Si quis autem eos accuſare vellet: equo hec periculo facere ſanxerunt: iudices eſſe decernētes epiſcopos recte ſapientes/et de vicinis prouincijs in eccleſia cōuenientes vbi teſtes eſſent ſingulorū qui dicerentur oppreſſi. Hec decernentes cum euocaſſent eudoxium et qui cum eo erāt locum eis penitētie tribuerūt. Quib⁹ obedire nolētibus que fuerant placita cunctis eccleſijs intimauerūt. Cumq̧ crederēt ſtudere eudoxiū vt vniuerſa regalia ſue partis faceret: et iſtis ſine dubio derogaret neceſſariū putauerūt vt precurrerēt et que fuerāt lāpſaco geſta nuntiarēt. Remeantē itaq̧ valētē imperatorē de trachia in heraclia adierūt. Fuerat eñi cū fratre ſuo digreſſus vſq̧ ad quēdā locū. Tūc eñi eudoxi⁹ iā apd̄ principē atq̧ proceres p̄cipuus habebat᷑. Adeuntib⁹ ergo legatis a lāpſaco miſſis iuſſit imperator ne ſemetipſos ab eudoxio ſepararēt. Qui dū reſiſterēt et de geſtis cōſtātinopolitanis apud ſelentiū cōciliū habitis aduerſus eudoxiū quererētur: cōmotus ad irā princeps illos quidem deputauit exilio eccleſias autem tradi iuſſit eudoxio.

¶ Theodoricus. ¶ Capitulū. xiij.

TEmpore quo valēs ſuſcepit iperiū apoſtolicis dogmatib⁹ ornabatur. Cū ergo gothi tranſiſent hiſtrū: et trachiā pagrarent collecta militia pugnare cogitabat aduerſus eos. Cui placuit vt nō nudus ſacra gr̄a dimicaret: ſʒ ſcti baptiſmatis munit⁹ armis: et hoc q̄dē bn̄ placuit et valde ſapiēter. Qd̄ vero poſtea geſſit magnā animi mollicié: et p̄ditionē ſignificat veritatis. Ea nāq̧ infelix paſſus: q̄ p̄genitor adā. Cōiugis eñi eſt ſeduct⁹ alloquio et muliebribus verbis laqueat⁹. Illa nāq̧ primit⁹ arriane fallacie captionib⁹ irretita: etiā iſtū ſecū corruere i blaſphemie foueā perſuaſit. Cui⁹ ſeductionis auctor fuit eudoxi⁹. Is eñi adhuc cōſtantinopolitane gubernacula tenebat eccl'ie nō regēs: ſed ſuā poti⁹ mergēs nauē. Tūc ergo in ipſo baptiſmatis iureiurādo miſerrimum obligauit vt et in impietate dogmatis permaneret: et vndiq̧ cōtraria ſapiēces expelleret. Sic igit᷑ ille doctrinā apoſtolicā derelinquēs contrarias partes ſumpſit: et poſt paululū q̄ iurauerat adimpleuit. ¶ Sozomen⁹. ¶ Capi. xiiij.

INterea venit i eurocā metuebat eñi ne forte perſe pacta ſub iouiniano triginta annorū facta ſoluerent. Qui cū nihil mouerēt degebat in anthiochia. Quo tp̄e meleciū quidē ep̄m deſtinauit exilio. Paulino vero verit⁹ eius vitā pepercit. Eos aūt qui eudoxio cōicare nolebant eccleſijs expulit: pecunijs cōdēnauit/verberibus et alijs rebus afflixit. ¶ Socrates ¶ Dicitur eñi q᷒ etiā multos i oriēte flumine ſuffocaſſet. ¶ Theodoricus. ¶ De ſamoſateno aūt ſanctū euſebiū expulit pelagiū mirabilē paſtorē laodicenſiū vrbe priuauit: qui cum in iuuentute duxiſſet vxorem in ipſo thalamo prima die nuptiarum ſponte perſuaſit vt puritatem cōiuoluptati preponeret: caritatemq̧ fraternam adipiſci pro copulis nuptialibus erudiuit. ¶ Socrates.

¶ Capitulum. xv.

DUm hec autē in ſyria fierent ſurrexit conſtantinopolim tyrannus nomine procopius. Qui paruo tēpore multā ſibi militiā coaceruās feſtinabat aduerſus imperatorē. Qd̄ dū nūtiatū fuiſſet cōturbatus valēs paululū ſuū impetū remorat᷑. Cūq̧ belli euētus interea parturiret terremotus fact⁹ multas diruit ciuitates. Sʒ etiā mare terminos p̄prios immutauit et in q̄buſdā locis tāto poti⁹ influxit vt loca q̄ pridē ambulari poterāt rigarent. Ab alijs vero locis tātū receſſit vt arida tellus inueniret᷑. Hoc ergo factū eſt primo duorū principū cōſulatu. ¶ Socrates. ¶ Sequenti autē anno gratiani et dagaliafi conſulatu bella parabantur. Cūq̧ tyrānus p̄copius de cōſtātinopoli

digreſſus.caſtra moueret aduerſus im-
peratorē/ audiēs valēs venit ab anthio-
chia ꝛ cū eo cōgreſſus eſt circa ciuitatem
phrygie natoliā. Et prima quidē pugna
deuictus eſt. Poſt paululū vero ꝓcopiū
cepit: tradētib⁹ eū agelone gomorioq
militib⁹. Quos etiā poſtea inopinat; qui
buſdā ſupplicijs iuſſit expedi. Deſpiciēs
enim iuſiurandum quod eis ꝓbuerat ſer
ris diuiſos crudeliter interemit. Ty-
rannus vero duabus vicinis arboribus
flexis ſingulos in eis pedes eius ligare
fecit: que demiſſis aerē repentes proco-
pium diuiſerunt. Et hoc modo tyrannus
interijt.

¶ Theodoricus.

¶ Capitulum.xvi.

Euſebius iterea ſamoſatenus eps in thraciam
exilio deportatus/ aplicis labo
rib⁹ deſudabat. Is eñ multas eccleſias
deſolatas paſtorib⁹ eſſe conſpiciēs habi
tu militari ſuſcepto et calamauco caput
operiens. ſyriā peragrabat ꝛ phenicē pa
riter ꝛ paleſtinā pſbyteros ordinās atq
dyaconos: aliaq eccle replebat officia.
Sicubi aūt inueniret ſibi cō cordes epos
eos pſules egentib⁹ ꝯſtituebat eccleſijs
Quantā vero fortitudinē ſapientiaq mō
ſtrauit imperialē ſuſcipiēs iuſſionē qua
eū pcipiebat in thracijs habitare neceſſa
riū arbitror neſcientes agnoſcere. Uene-
rat eñ gerulus hui⁹ pceptionis circa ve
ſperā. Quē euſebius ſilentium habere: ꝛ
aduētū ſui celare iuſſit dicēs. Si cogno-
uerit hec turba: ſacri zeli amore flāmata
te quidē interimet. Ego aūt ꝓ tua morte
apud deū penas cogor exoluere. Cū hec
dixiſſet veſpertino cōſuete miniſterio ce
lebrato circa ipa ſomni primordia vni fa
mulorum ſecretū pandens ſol⁹ egreſſus
eſt ſenex. Sequebatur itaq famul⁹ plu-
macium tantūmodo et codicem gerens.
Cūq veniſſet ad eufratis fluminis ripā:
iuxta ipſos muros ciuitatis expoſitam
aſcēdit in nauē: vt ad zeuma nauigaret
iuſſitq nautis vt remigarēt. Factoq die
ille quidē peruenit ad zeumatis locum.
Samoſate vero gemitibus ꝛ lamētatione
cōpleti ſunt. Nam cum ille ſeruis ſuis ꝓ
ximis que iuſſa fuerant indicaſſet et qui
cum eo pergerent ꝛ quos codices detuliſ
ſent: ingemiſcebant vniuerſi ſcilicet pa-
ſtore priuati. fluuiuſq nauigantibus at-
q ſequentib⁹ eſt implet⁹. Cūq veniſſent
ꝛ deſideratū paſtorē cernerent amplius
eiulabāt: ac ſuſpirātes fundētesq lachry
marū fontes: eū retinere nitebātur ne in
lupis ei⁹ oues incurrerent. Quē dū flecte
re nō valuiſſent audierūt eo legēte aplī-
cam legē: q̄ aperte iubet nos principibus
et poteſtatib⁹ eſſe ſubiectos. Quo facto
alij quidē ei obtulerūt aurū: alij argētū
alij veſtes: alij famulos tanq̄ ad peregri
nā ꝛ extraneā ꝓperanti terrā. At ille pau
ca quedā a valde notis accipiēs: doctri-
niſq cūctos ꝛ orationib⁹ ſuis armās: ꝛ ꝓ
aplicis dogmatib⁹ ꝓpugnare pcipiens:
ad hiſtrū ꝓfectus eſt. Illi vero ad vrbem
ꝓpriam remeantes ꝛ alterutros exhortā
tes/ luporū circūſpiciebant ſapienter inſi
dias. Nūc quoq narrādus eſt horum fi
dei calor ꝛ puritas. Puto eñ me relinque
re niſi per hāc relationē illi ſemp memo
rabiles habeant. Cū ergo arrianorū par
ticipes egregio paſtore nudaſſent gregē
aliumq ꝓ eo eunomium nomie feciſſent
epm null⁹ illic habitātiū nō pauper: non
diues nō famulus: nō opifex: non agrico
la: non ortolanus: non vir: non mulier: nō
iuuenis/ non ſenex: ad eccleſiaſticum ac
ceſſit cōſuete collegium: ſoluſq degebat
epiſcopus. Tunc nullo eum neq viden-
te neq penitus apppellante: licet fera-
tur cum multa viriſſe manſuetudine cu-
ius rei hoc probatur indicium. Cum
eñ voluiſſet lauari et eius famuli bal-
ne ianuas obſeraſſent/ volenteſq ingre
di prohiberent ipſe populū ante ianuas
videns eas aperire precepit et libenter
ſecum omnes lauachro participari. Hoc
idem etiam in balnei ſolio fecit. Nam
dum lauanti ſibi quoſdam videret aſta-
re: iuſſit vt cum eo communiter aqua ca-
lida fruerentur: qui tacentes aſtabant.
At ille honoris cauſa hoc fieri putans:
velociter aſcendens egreſſus eſt. Illi
vero nequiſſime hereſis immundicia
etiam aquam iudicantes eſſe pollutam:
eam repente cuniculorum egeſtioni-
bus tradiderunt: et alterum fecerunt

ſolium temperari. Quod ille cognoſcēs
relicta ciuitate diſceſſit inimicā habita
re ciuitatē, ⁊ horrorē habētē aduerſuȝ ſe
cōe arbitratus opprobriū. Quo de ſamo
ſatis abeunte: luciū ꝓ eo aperte lupū et
ouib⁹ inimicū cōſtituerūt. Sed oues licȝ
deſolate paſtore tn̄ q̄ ſunt paſtoris opera
bātur. Permanſerūt enī doctrinā aplicā
inuiolabiliter obſeruātes. Quō enī etiā
lutiū oēs habuerint odio/ alijs narratio
nib⁹ explanabo. Adoleſcentes in platea
ſperā alterutris porrigētes luſu delecta
bātur. Iſto autē trāſeunte cōtigit vt ſpe
ra cadens/ ꝑ aſini ei⁹ tranſiret pedes tūc
pueri vehemēter eiulauerunt/ arbitrati
ſperā pollutione cōpletā. At ille hoc in-
telligens iuſſit alicui ſequētiū vt ſuſtine
ret/ ⁊ qđ gerebat agnoſceret. Pueri vero
accedētes ignē/ et ſperam iaculātes per
mediā flamā hoc mō eā arbitrati ſunt ex
piatā. Et hoc quidē eſſe noui iuuenile et
cōſuetudinis antique reliquias. Uerūtn̄
indiciū eſt quo poſſit oñdere quale odiū
circa arrianaȝ veſaniā ciuitas habuerit
vniuerſa. Uerū lucius māſuētudine non
eſt imitatus eunomium/ ſed multos qui
dē ſacerdotū fecit per iudices exilio de-
portari: eos p̄cipue qui viriliter ꝓ ſacris
dogmatib⁹ dimicabant/ vſq; ad nouiſſi-
mos romani fines imperij eulociū diaco
nij miniſterio functus heremū oraſi An-
thiocū ꝟo euſebij maxima ḡratiōe deco
ratū. Erat enī ꝯſobrinus ei⁹ ⁊ multis vir
tutib⁹ choruſcās necnō ſacerdotij digni
tate fulgentē in armenie terminos deſti
nare ſuaſit. Cui⁹ opa ꝓ diuinis dogma-
tibus celebrata quis explanare ſufficiat.
Cūq; itaq; vir ſanct⁹ euſebius poſt mul
ta certamina innumeraſq; victorias etiā
coronam martyrij ſuſcepiſſet/ cōuenit ſo
lemni modo ꝓuincie ſynodus pariter et
iouinianus perene tunc ciuitatis ep̄s q̇
pauco tp̄e arrianoꝝ fuerat cōmunione
maculatus. Cūq; vniuerſi anthiochū ele
giſſent auūculo ꝓprio ſucceſſorem: et ad
ſacrū perduxiſſent altare: ⁊ genua ad or-
dinationē ordinare cōpellerent: ꝯuerſus
et vidēs iouinianū ſuo capiti dexteram
imponentē/ manū eius repulit dicēs nō
eſſe ferendā dexterā imponentē q̄ aliqñ
ſacramēta blaſphemijs celebrata ſuſce-
perat. Sed hec quidē nō poſt multum tē
poris euenerūt. Tunc enī in interiorē eſt
vt dix i ductus armeniā: qua tempeſtate
vir ſanct⁹ euſebius morabatur apud hi
ſtrum/ celtis trachiam deuaſtantibus ⁊
obſidentibus ciuitates: ſicut eius ſcripta
commemorant.

Capitulum. xvij.

Barſini quoq;
cui⁹ etiā nūc maxima gloria
eſt nō ſolū in ediſſa quā rege
bat vicinaſq; ꝓuincias: ſed
ēt in phenice et egypto/ necnō thebaida
quas gētes cū maximo virtutis ſue ſplē
dore tranſierat: primū quidē valēs inſu-
lam aradi habitare p̄cepit. Cūq; cogno-
uiſſet innumeros ad eū cōcurrere popu-
lorū: q2 dū plenus eſſet gratia ꝟbo egri-
tudines effugabat in oxirinthū egyptivr
bem eū exilio deſtinauit. Cūq; etiā illic
ei⁹ gloria oēs accederet i quoddā caſtrū
nouiſſimū barbaris vicinū cui nomē eſt
feno ſener dignus celeſti vrbe deductus
eſt. Aiūt quidā in arado hacten⁹ conſta-
re lectum eximia celebritate dignū: mul
ti enim infirmantium dum in illo collo-
cantur ſalutem fide percipiunt.

Sozomenus. Capitulum. xviij.

Vſit ipera-
tor extincto ꝓcopio feli
citate ꝓuect⁹ denuo ꝯ
xp̄ianos ꝑlia cōmoue-
bat oēm religionē i ar
riano dogmate cupiēs
ꝯcordare. Precipue tn̄ eū ad furorē ꝓuo
cabat ſynodus in lāpſaco celebrata nō ſo
lū q2 arrianoꝝ abdicarat ep̄os: ſȝ qm̄ ꝓ-
mulgationē fidei arimine nō anathema
tizauerat. Ueniēs igit̄ nicomediā bithi-
nie ꝯuocauit eleuſiū cizici: is enī ſectam
macedonij poti⁹ ſeq̄bat̄ ſicut iā dixi ⁊ fa-
ciēs ꝯciliū arrianoꝝ ep̄oꝝ cogebat eleu-
ſiū vt in illoꝝ dogmate ꝯſentiret. Qui pri
mū q̇dē negauit. Poſtea ꝟo cū ei minare
tur exiliū formidat⁹ i arrianū dogma cō
ſenſit/ Quo ꝑpetrato mox pnia tract⁹ ve
niēs cizicū corā oī poplo de violētia que
rebat̄ dicēs ꝯſenſum violētia nō volūta-
te factū. Et vt quererēt ſibimet aliū ep̄m

hoꝛtabatur:qm̄ ipſe per neceſſitatem do gma ꝓpꝛiū denegaſſet. Poꝛro cizicēnſ ꝓ pter amicitias ei⁹ alio ep̄o ſubdi noluerunt māſerūtꝗ ſub eo non tn̄ a ꝓpꝛia he reſi permutati ſunt. Hoc audiēs cōſtanti nopolitanus ep̄s eunomiū in cizico oꝛdi nauit ep̄m tanꝗ q̄ poſſet populū callidi tate verboꝝ ad ſuū circūuenire cōſenſuꝫ. Deſcēdēte ſiquidē eunomio ſacris ꝑceptionib⁹ expelli iubet eleuſi⁹:ꝛ in ſede eu nomium collocari. Quo facto amatoꝛes eleuſij extra vrbē oꝛatoꝛium fabꝛicātes: collectas ibi faciebāt. Hec ergo de eleuſio dicta ſufficiant. Nunc de eunomio re ferendum eſt.

¶Capitulum.xix.

Enomius no tarius fuit ecij:q̄ ſine deo vo cabat cui⁹ memoꝛiā fecim⁹. Cū quo dū eſſet modū ei⁹ ſo phiſticū imitatus eſt:ꝛ ſermonib⁹quibuſ dā vacās faciēſꝗ ſibi ſophiſmata nō ſen tiebat:ex his inflatusq; in blaſphemias iciderett/ q̄ppe dogma zelatus arrij mul tis modis repugnās dogmatib⁹ veritatis. Paucū quidē edoctusꝛ literis ſacris et eas neꝗ intelligere pꝛeualēs:circa ꝟbo frequēter occupabat:eaſꝗ ꝯuertēs ſemꝑ neꝗ valebat intētionis ſue ꝓpoſitū adim plere:ſicut ſeptē ei⁹ demōſtrant thomi in quib⁹ vaniſſime laboꝛauit:quos in ep̄la ap̄li ad romanos fecit:multa ei illic ꝟba ꝓfundens intentionē ep̄le nō potuit inuenire. ſunt alij ei⁹ ſ̄ites lib:i quos q̄ lege re voluerit eoꝝ cōtēptum experimentis agnoſcet. Hunc igit̄ eunomiū eudoxius in cizico fecit ep̄m expellere niſus eleuſij. Cūꝗ illic veniſſet vtens moꝛe ſolito dyalectica q̄ſi peregrinū aliquid audito rib⁹ inferebat. Quāobꝛē cizici tumultus exoꝛtus eſt:eūꝗ vrbe pepulerūt/ nō ferē tes ei⁹ ꝟboꝝ faſtū. Qui cōſtātinopolim veniēs cū eudoxio moꝛabat̄ ep̄atu vacās Sed ne detrahere videamur audi voceꝫ ipſi⁹ eunomij q̄ ꝓſumit cōtra deū ſophiſmatib⁹ loqui. Sic em̄ ait. De⁹ de ſubſtā tia ſua nihil nouit ampli⁹ꝗ̄ nos:neꝗ eſt illi poti⁹ nobis aūt agnita min⁹:ſꝫ quod cūꝗ de illa nouim⁹ nos hoc modis oib⁹ etiā ille nouit. Qđ aūt rurſus ille hoc iue niens immutabiliter in nobis. Hec quia dē aliaꝗ ſ̄ilia eunomius ſophiſmata.i. circūnētiōes faciēs, nō ſentiebat occumbere. Quō aūt ab arrianis paulo poſt ſegregatus eſt pꝛopꝛio loco narrabimus.

¶Sozomenus. Capitulum.xx.

Exabant eniꝫ etiā ꝯſtantinopolim habitātes / q̄ nicenū dogma ꝓfitebātur / quos oēs imperatoꝛ expelli ciuitate ꝑcepit Nouacianoꝝ ꝟo etiā eccleſias claudi: alioꝝ vero hereticoꝝ q̄s clauderet nō inuenit. Dudū em̄ ſub conſtantio pꝛincipe ꝓbantur ablate. Sed etiā agelium nouatianoꝝ ep̄m eccleſie conſtantinopolim conſtitute exilij depoꝛtatione dānauit. Dicebātur enim mirabiliter ꝯuerſari ſcd̄m eccleſiaſticas ſanctiones cuius vita erat ꝑhica ꝛ pecuniaruꝫ poſſeſſione ſegregata. Quod etiā cōuerſationis eius qualitas oſtendebat. Una em̄ tunica vtebat̄ ꝛ ſemper ambulabat excalciatus. Qui nō lōgo poſt tp̄e vocatus eſt eccleſiaſꝗ recepit. Cui⁹ rei fuit autoꝛ quidā martianus:vita/ ſcientiaꝗ mirabilis dudū quidē in regalibus militans. Tunc aūt pꝛeſbyter nouatianus ar tem grāmaticā imperatoꝛis filias edocebat anaſtaſiā atꝗ caroſaꝫ. Ex quaꝝ nobis hactenus anaſtaſiane ꝛ caroſiane lauachꝛa publica conſtantinopolim nuncupantur.

¶Socrates. Capitulum.xxi.

Bitur imperator valēs calcedonēſis vrbis contra bizantiū poſite muros deſtrui iuſſit. Iurauerat enim hoc ſe facturum tyrāno victo qua calcidonenſes fauoꝛe tyranni et turpes cōtumelias intulerūt:ꝛ poꝛtas clauſere ciuitatis. Murus autē iuſſione deſtruebatur imperatoꝛis.ꝛ ſaxa ad edificiū thermaꝝ que conſtantiane vocantur conſtantino polim vehebantur. Inter q̄ ſaxa vnuꝫ inuentū eſt/in quo reſponſum habebat in ſcriptū olim quidē abſconſum tūc quidē manifeſtū. Significabat em̄ quia dū per ueniret aquaruꝫ habundantia ciuitati/ tunc murus quidem lauachꝛo ſeruiret.

Innumere vero barbarorum natiões ro manorũ finib⁹ diſcurrẽtes dum crudelia multa cõmitterent: nouiſſime aũt etiam ipſe perirent: poſt aliq̃ntum itaq; tp̃s euenit: vt valens aqueductũ edificaret: ⁊ habundantiã ɔſtantinopolim p̃beret aquarũ. Tunc etiã barbare mote ſunt natiões reſponſum etiã alio modo cõtigit adimpleri. Cũ em̃ aqueductus in ciuitatẽ fuiſſet induct⁹ p̃fectus vrbis tũc clearchus nympheũ maximũ edificauit in platea q̃ theodoſij nũc vocat̃: vbi aque affluentia eſt emiſſa: i quo maximã feſtiuitatẽ ciuitas habuit. Sed hoc rñſum poſt paululũ eſt impletũ. Porro dũ ſolueret̃ mur⁹ principẽ cõſtantinopolitani rogauerunt vt a muri deſtructiõe ceſſaret. Cũ quib⁹ etiã ſupplicabant poſſeſſores bithinie: nicomedieñſes: atq; niceni. Uerũ imperator furore plen⁹ vix quidẽ ſupplicãtiũ ſuſcepit p̃ces volẽs tñ iuſiurandũ implere murũ deſtruebat eũq; ſubinde minorib⁹ lapidibus rurſus edificabat. Quod nũc etiã in quibuſdã muri partib⁹ inuenitur vbi maximis mirabilibuſq; lapidib⁹ vilis tũc fabrica ſuperpoſita demonſtratur.

¶ Socrates. Capitulum. xxij.

Hoc itaq; tẽpore talia gerebant̃. Sciẽdũ tñ q: bellũ cõtra procopiũ tyrannum geſtũ eſt ɔſulatu gratiani ⁊ dagalaiſi circa terminũ maij mẽſis. ¶ Poſt paululũ ꝟo tẽpus eodẽ cõſulatu valẽtiniano principi in occidẽtis partib⁹ cõſtituto natus eſt fili⁹ nomẽ referẽs patris. verũ gratian⁹ ante ei⁹ fuerat natus imperiũ: ⁊ ſequẽti cõſulatu lupicini ⁊ iouiniani grãdinis multitudo in cõſtantinopolitana vrbe ſcda maij vel iunij menſis die ſacroꝝ gerẽs ſilitudinẽ vehementer effundit̃. Qđ multi dicebant propter motũ imperatoris accidere: q̃ plurimos ſacerdotuꝫ exilio deportauerat eudoxio cõicare fugientes. Poſt paululũ ꝟo tp̃s eodẽ conſulatu valentinianus princeps etiã filiũ gratianũ imperatorẽ cõſtituit viceſima quarta die mẽſis augu. Sequẽti vero cõſulatu valẽtiniani ſcdo: ⁊ valentis idẽ ſcdo terremotus circa bithiniam maxime niceam ſubuertit vn decimo die menſis octobris. Agebatur enim annus duodecim⁹ poſt nicomedie caſum. poſt paucũ ꝟo tp̃s alio terremotu multe portis germanie ciuitates in helleſpõto cõſtitute: deſtructe ſunt. His ergo ita ꝓuenietib⁹ nulla reuerẽtia terruit: neq; eudoxiũ arrianoꝝ ep̃m: neq; valentẽ imperatorẽ. Nõ em̃ a perſecutione ceſſabant. Porro terremotus: turbarũ eccleſiaſticarum indiciũ eſſe videbatur. Cũ ergo multi ſacerdotũ exilio portarentur: ſoli diuina prouidentia propter eminẽtem ſui reuerentiã exilium non ſunt paſſi baſilius atq; gregori⁹. Quoꝝ alter quidem ceſaree capadocie fuit ep̃s. Gregorius autẽ nazianze ciuitatis omnino viliſſime que eſt poſita vicina ceſarie. De baſilio atq; gregorio precedẽti ſermone narrabim⁹.

¶ Capitulum. xxiij.

Cumq; igit̃ eo tpe cõſubſtantialitatis dogma ꝓfitentes vehementer affligerent̃: rurſus perſecutores cõtra macedonianos inſurrexerunt. Qui terrore magis violentiaq; cõſtricto per ſingulas ciuitates legationib⁹ fungebãtur apud alterutros iudicãtes vt ꝑ neceſſitatẽ confugere deberent ad fratrẽ imperatoris et ad liberiũ romane vrbis ep̃m cuius fidẽ amplectebãtur potius q̃ comunionẽ eudoxij. Miſerũt ergo euſtachiũ ſebaſtie q̃ fuerat ſepe depoſitus: ſiluanũ a tharſo cilicie atq; theophilũ mãdantes ne declinarent fide in cauſa liberium ſꝫ romane cõmunicarẽt eccleſie: ⁊ fidem de cõſubſtãtialitate roborarent. Hi ſiquidẽ literis in ſelẽtia depoſitis italiã peruenerũt: ⁊ imperatorẽ quidem videre nõ potuerunt. Erat em̃ occupatus in gallijs ⁊ cõtra ſauromatas dimicabat. Liberio tñ epiſtolas obtulerunt qui eos ſuſcipere nullatenus voluit: dicens eos arrianos eẽ: nec ab eccl'ia ſuſcipi poſſe qui nicenam nõ ſuſciperent fidem. At illi reſpõderunt per penitentiã ſe cognouiſſe veritatem ⁊ dudum abnegaſſe diſſimilitudinis fidẽ: ⁊ ſimilem profeſſos per oĩa filiũ patri: nihilq; differre a conſubſtantiali per omnia diſſimilem. Hec dicentes exigit liberius ſcriptam ſue ſententie dare.

pꝛofeſſionez. At illi libellū poꝛrexerūt in quo etiā ꝑpoſuerūt ꝟba fidei niceni cōcilij. Epiſtolas aūt ab ſmirma in aſia ꝯſtituta ⁊ phiſida yſaurie. atq̧ pāphilia nec nō licca ſctās: hic ꝑpter multiloquiū nō ꝯſcripſi ꝟba ꝟo libelli ab euſtachio ⁊ reliq̇s liberio dati hec eē noſcunt. Ca.xxiiij.

Domino fratri ⁊ conſacerdoti liberio euſtachiꝰ theophilus ⁊ ſiluanus in dn̄o ſalutē. Propter hereticoꝛuz veſanas ſuſpitiones q̄ nō ceſſant catholicis eccleſijs ſcādala generare ⁊ ea grā oēm occaſionē coꝝ perimētes ꝓfitemur ſynodum lampſaco celebratā ⁊ ſmirna alijſq̧ diuerſis locis oꝛthodoxoꝝ epoꝝ. Pꝛo qua ſynodo legatiōe fungētes apud tuā paternitatē: ⁊ vniuerſos ytalie cūctoſq̧ occidentis epos literas depoꝛtamus. catholicā fidē tenere atq̧ ſeruare: q̄ in ſancto niceno ꝯcilio ſub beate memoꝛie ꝯſtantino a trecētis decē ⁊ octo epis ꝯfirmatam ꝑfecto ⁊ immobili ſtatu hactenꝰ ⁊ imperpetuū permanebit: in qua ſubſtātialitas ſancta pieq̧ diffinita eſt ꝯ arrij pꝛauitatem Similiterq̧ nos cū p̄dictis eandem tenuiſſe atq̧ tenere ⁊ vſq̧ ad terminum cuſtodire manu ꝓpꝛia ꝓfitemur: ꝯdēnantes arrium impiāq̧ doctrinā eius cū diſcipulis ſuis: eiq̧ ſimilia ſapiētibus nec non oēm hereſim ſabellianos: patripaſſianos: marcioniſtas fotinianos: marcellianos ſimul etiā pauloſamoſatenos: eorumq̧ doctrinā: oeſq̧ his ſimilia ſapientes ⁊ vniuerſas hereſes ſancte fidei p̄dicte ꝯtrarias q̄ pie catholiceq̧ eſt in nicena a ſanctis patribus explanata. Anathematizātes p̄cipue explanationē lectā in ariminenſi cōcilio: tanq̄ ꝯtrariā p̄dicte fidei ſancti ꝯcilij in nicena vꝛbe celebrati cuiꝰ lectiōe pꝛobata in vꝛbe trachie nicee: dolo atq̧ periurio capti: ꝯſtātinopolim ſubſcripſerūt. Eſt aūt fides noſtra ⁊ coꝝ quibus legatione fungimur hec Credimus in vnū deū patrē oīpotentē oīm viſibiliū ⁊ inuiſibiliūq̧ factoꝛē: ⁊ in vnū vnigenitū deū dn̄m ieſum xp̄m filiū dei natum ex patre. hoc eſt ex ſubſtātia dei patris deū ex deo lumen ex lumine deū veꝝ ex deo vero natū nō factū ꝯſubſtantialē patri per quē oīa facta ſunt que in celo ⁊ q̄ in terra. qui ꝑpter nos hoīes ⁊ ꝑpter noſtrā ſalutem deſcēdit: ⁊ incarnatus eſt ⁊ hō factꝰ paſſus: ⁊ reſurrexit tertia die aſcēdit ad celos ⁊ ventur° eſt iudicare viuos ⁊ moꝛtuos. Et in ſpiritum ſanctū. Eos aūt qui dicūt fuit quando non fuit ⁊ anteq̄ naſceretur non fuit. Et quia ex non exiſtentibus factus eſt aut ex altera eſſentia vel ſubſtantia dicētes eſſe aut ꝯuertibilē aut mutabilē filiū dei anathematizat catholica ⁊ apl̄ica eccl̄ia. Euſtachius ep̄s ſebaſtie ciuitatis: ⁊ theophilus et ſiluanus legati ꝯcilioꝝ lampſaci ſmirne ⁊ reliquoꝝ hāc ꝓfeſſionē manibꝰ noſtris ⁊ ꝓpꝛia volūtate ſubſcripſimus. Si q̇s aūt ꝑpter expoſitam a nobis fidē ꝯ nos vel eos a quibus directi ſumus aliq̇d crimē inferre voluerit cum literis ad nos tue ſanctitatis ad quos ꝓbaueris oꝛthodoxos ep̄os dirigere ⁊ apud eos nobiſcū cāni dicāt. Et ſi q̇d criminis fuerit appꝛobatū in autoꝛe pꝛoculdubio vindicet. Hoc itaq̧ libello legatarios obligans liberius eos in communionem ſuſcepit. Quibus dās hm̄ōi literas abire pꝛecepit. ¶ Capitulū.xxv.

Dilectiſſimis fratribꝰ ⁊ ꝯſacerdotibꝰ euſtachio / Cyꝛillo / heperício / heroni / helpidio / maximo / euſebio / eucarpio / ⁊ oꝛtaſio / neoni eumathio / fauſtio / polcano paſinico arſenio / ſeuero / dydimioni britaino callicrati damabio / edeſio euſtachio / ābꝛoſio / gelonio / ꝑdalꝛo macedonio / paulo marcello / heradio / alexādro / adoio / martiano / ſchenelo / lobi / macericariſio ſiluano: phoꝛino / autho / antonio celſo / eufranoꝛi: melecio / p̄ricio ſeuertāo euſebio: cumulpio / athanaſio / dyaphāto minodoꝛo / diocli / chꝛiſampelo / eugenio euſtachio / calligrati / arſenio / eugenio martyꝛio / ieratio / leōtio: philagrio: lucio: ⁊ vniuerſis oꝛiētalibꝰ oꝛthodoxis liberiꝰ ep̄s ⁊ occidētales ep̄i in dn̄o ſalutē. optabile nobis pacis atq̧ ꝯcoꝛdie gaudiū vr̄e lr̄e detulerūt: fidei lumine reſplēdētes. Frēs cariſſimi oblate nobis ꝑ cariſſimos frēs et coepiſcopos euſtachiū: ſiluanum:

atq; theophilū. ⁊ maxie q: noſtrā ſnīam veſtroſq; ſenſus ↄcordare et cōſonare cū mea humilitate: ⁊ italis: atq; occidētalibus vniuerſis affirmauerūt atq; demonſtrauerūt ⁊ hāc eſſe cognoſcim⁹ catholicam ⁊ aplicā fidē q̄ vſq; ad nicenū ↄciliū itegra imobiliſq; ſuata eſt ⁊ hāc ipſi retinere pfeſſi ſunt gaudioq; repleri ⁊ oē veſtigiū ac nebulas lepte ſuſpitōis abijciētes: nō ſolū ſmone eā ſed ēt ſcriptura currēte pfeſſi ſunt. Cui⁹ exēplar hīs lrīs ſubdere neceſſariū iudicam⁹ ne vllā occaſionē hrticis ad exercēdas iſidias denuo relinquam⁹ q̄b⁹ iterū flāmas pp̄ie malicie cōmouētes icēdia diſcordiaꝝ ↄſuete reſuſcitēt. Hec inſuper ſunt pfeſſi cariſſimi frēs nr̄i euſtachi⁹: ſiluan⁹: atq; theophilus veſtrā caritatē ſemp hāc fidē hūilſe: ⁊ hācvſq; ad terminū cuſtodire. ſ. in nicea vrbe a trecētis decē⁊octo ep̄is orthodoxis app̄obatā q̄ perfectā ↄtinet v̄itatē ⁊ os toti⁹ heretice multitudinis obſtruxit· atq; diſſoluit. Nō eī ſpōtaneo motu ſ; nutu diuino, tantoꝝ epoꝝ numer⁹ aggregatus eſt ↄ veſaniam arrij q̄ſto numero btūs abrahā tanta milia fide deſtruxit. Que fides dū in ſubſtātia ⁊ noīe ↄſubſtātialitatis ↄtinet velut quoddā munitiſſimū ⁊ inexpugnabile caſtrū oīa iacula et molitiōes arriane icredulitatis decēter euitat. Cū igiẗ oēs occidentales ep̄i arimino ↄgregati q̄n eos arrianoꝝ collegit veſania: quadā ſuaſione aut veri⁹ dicam mūdana potētia: hoc q̄d cauti⁹ erat in fide poſitū auferre: aut obliq̄ denegare conati ſunt. Tn̄ nihil eoꝝ calliditatis profuit. Nam pene oēs ↄuentētes arimino tūc terrore pmoti atq; decepti: nūc reſipiſcentes ⁊ anathematizantes eos qui ibi ↄuenerūt: aut ſcribētes catholice fidei q̄ in nicena vrbe ſancita eſt. Nobiſq; cōicātes feruētius ↄ arrij dogma eiuſq; diſcipulos inflāmatur. Cuius rei idiciū etiā ipſi legati veſtre ciuitatis agnoſcentes: voſipſos in ſua ſubſcriptione iunxerunt: anathematizantes arriū ⁊ q̄ ab eius ſequacibus arimino geſta noſcunẗ ↄ fidē in nicena vrbe ſancitā. In quibus ēt vos capti periurio ſubſcripſiſtis. Unde ↄſis nobis viſum eſt ſcribere charitati veſtre: ⁊ adiuuare iuſta poſcētes maxime q: per pfeſſionem veſtroꝝ legatoꝝ reſipiſcētes orientales cū orthodoxis occidētalibus concordare cognouimus: ⁊ ſignificamus vt noueritis blaſphemias ariminenſes qui tunc videbāẗ per ſurreptionē maculati: nunc anathematizatos ⁊ vniuerſos ad nicenā reſpiraſſe fidē. Qd̄ op; p vos oibus indicari quatenus poſſit qui violēter leſi ſunt aliq̄n hereticis tenebris ad diuinū lumen catholice libertatis accedere. Qui poſt hāc ſynodū niſi voluerint reſpuere venenū perfidie ⁊ blaſphemias arrij vniuerſas abijcere eaſq; anathematizare cognoſcant ſe cum arrio eiuſq; diſcipulis ceteriſq; ſerpentibus ſiue ſabellianis vel parripaſſianis: aut cuiuſlibet alterius hereſis ſocios eſſe ⁊ cōcione p̄iuatos ab eccleſiaſtica ſynodo q̄ ad ſe filios adulterij nō admittit. Deus vos incolumes cuſtodiat frēs chariſſimi. Has literas euſtachius ceteriq; percipientes rurſus ad ciciliā deuenerūt: ibiq; facientes ſynodū ſiculoꝝ epoꝝ corā ipſis conſubſtantialitatis fidē ſunt pfeſſi. Cūq; nicenā fidē roborāſſent ↄſonas ab eis quoq; percipientes ep̄las ad eos a quib⁹ fuerant deſtinati reuerſi ſunt. ¶ Qui liberij precepta ſuſcipientes legationes mittebant per ciuitates apud preſules: ⁊ ↄſubſtantialitatem fidei p̄dicabāt inuitātes eos vt in tharſum cilicie pariter conuenirent: quatenus nicenā roborātes fidē de cetero ſoluerent oēm contentionē. Que fieri potuerūt niſi eudoxius arriane religionis preſul tunc apud imperatorē eminens valde prohibuiſſet. Qui amplius pp̄ter indictū iter adorſus ad tharſum accenſuſq; mala in eis potiora cōmiſit. Qt vero macedoniani per legatos quos miſerant cōicantes liberio: nicent cōfirmauerunt fidem ipſe ſabinus in collectione ſynodalium eſt profeſſus.

¶ Capitulum. xxvi.

CIrca hec itaq; tpa eunomius ab eudoxio ſepatus ſeorſum agebat miſſas. Qui dū per ſe rogaſſet vt ſuſciperet p̄ceptor ei⁹ eci⁹: eudoxi⁹ nō audiuit. Hoc aūt nō ideo refutauit: q: ſectā d̄clinabat eci⁹

eam cā ſcꝫ predicaret:ſed qm̄ omnes vna
nimes illius eum ſecte alterius fateban
tur. Iſta ergo cauſa fuit vt ab eudoxio ſe
pararetur eunomiꝰ: hec igit̃ conſtātino
polim gerebātur. ¶Capitulum.xxvij.

Deinde Alexā
dria preceptū ꝑfectoꝝ ſtu
dio eudoxij deſtinatū con
turbauit eccleſiam. Uerū
athanaſius irrationabilē
furorem populi metuens atqꝫ timens ne
malorum faciendorū ipſe cauſa eſſe vide
retur quatuor menſibus ſemetipſum in
ſepulchro patris abſcondit. Cumqꝫ pro
pter eius abſentiam ſeditionem deſide
rio ipſius populus excitaſſet: agnoſcens
imperator propter hoc alexandriam eſſe
turbatam: literis intimauit vt athanaſiꝰ
licenter teneret eccleſias. Et hec fuit cau
ſa vt vſqꝫ ad athanaſij mortem alexan-
drina non turbaretur eccleſia: Quia ꝟo
poſt eius mortem rurſus arriani eas ec-
cleſias inuaſerunt: narrabo poſt pauca.
¶Sozomenus. ¶Capitulum.xxviij.

Illo ſiquidez
tempore celebrabatur con
cilium in thianis ab euſe-
bio epiſcopo ceſarie cap-
padocie / athanaſio/ancy
re/pelagio laodicie/zenone tharſi/pau
lo emeſeno/oſtreſio meletinenſe/et gre-
gorio nazanzeno /alijſqꝫ multis qui ver
bum conſubſtātialitatis ſeruanduꝫ eſſe
apud anthiochiaꝫ Iouiniano imperāte
decreuerunt. Releguntur ibi liberij et oc
cidentalium litere ſacerdotū. Quāobreꝫ
gaudio repleti: ſcripſerunt vniuerſis ec-
cleſijs vt legerent decreta ep̄orum apud
aſiam celebrata liberij ⁊ occidētaliū lite
ras ytalorūqꝫ afrorum atqꝫ gallicanorū
ſius cizici: ⁊ lampſaci marcianus: erātqꝫ
ſimul.xxxvj. quorum plurimi eſſe videbā
tur de ciuitatibus helleſponti. Conuene
runt itaqꝫ conſulatu eucharii et euagrii
menſe maio: Igitur imperator ⁊ ep̄i par-
tis eius laborabant vt eleuſius eiuſqꝫ ſe
quaces vnirentur eccleſie:cōmemorātes
eis legationē quā miſerant ad liberium
tūc romane vrbis ep̄m per euſtachiū. Et
quia dudū ſponte eis comunicaſſent:nec
eſſet ſine pudore vt ſubito bene priꝰ pla
cita pmutarent. At illi eiꝰ monita aptaqꝫ
conuicia paruipendentes: elegerunt ſe-
qui potius arrianam peſtem q̄ꝫ conſub-
ſtantialem dicere trinitatem. Hec faten-
tes de conſtantinopoli ſunt egreſſi: ⁊ ſcri
bebant alterutris ne quis eorum in nice
ni concilii dogmate conſentiret.

Capitulum.xiii.

Gregoriꝰ itaqꝫ
qui tunc conſtantinopolita-
nam regebat eccleſiam: ad
nazanzenum remeare tende
bat. Pro quo cum ep̄atꝰ con
ſtantinopolitane vacaret eccleſie/thimo
theus alexādrinus petri ſucceſſor: maxi
mum quendā cinicū ordinauit ep̄m:cum
nuper totondiſſet euꝫ. Is eñ erat etiam
apollinaris veſanie faſcinatus. Sed nō
pertulerūt hoc maluꝫ viri ſanctiſſimi cō
ſtantinopolim cōgregati. Et duꝫ egyptii

marime ſe ꝓ ei⁹ ordinatione ſeparaſſent
ſacra efficia gregorio celebrabāt. At ille
grauiter ferēs: rurſus factā diuiſionem
exorabat vniuerſos vt laude dignū virū
quererēt quē pōtificē ordinarēt. Tūc illi
ei⁹ ꝟbis acquieſcētes: nectariū gn̄is no=
bilitate decoratū cōſtituerūt ↄſtātinopo
litane ciuitatis ep̄m. Marimū ꝟo appol
linaris cōtagio laborātē nudatū pontifi
cali dignitate ꝓiecerūt. Tūc etiā regu=
lā ꝓtulerūt vt ↄſtātinopolitanus ep̄s haberet honoris priuilegia poſt pontificez
romanū. eo ꝙ ſit noua roma. Firmaue=
rūtqꝫ rurſus nicenā fidē ⁊ patriarchas cō
ſtituerunt diſtribuentes ꝓuincias et ep̄i
vniuſcuiuſqꝫ dioceſis ad eccl'ias nō irent
extráneas. Hoc em̄ primitus ꝓpter perſe
cutionis tp̄s indifferēter agebat. Diſtri=
buerūt itaqꝫ nectario quidē marimā ciui
tatē ⁊ thraciā. Pōticā ꝟo diocis helladio
q̄ poſt baſiliū fuit ceſareā capadocie gre
gorio niceno / baſiliiqꝫ germano troilo q̄z
meletine armenie ius patriarche dede=
rūt. Aſianā ꝟo dioceſim amfiloci⁹ eſt ſor
titus. Optimus autē anthiochie piſidie
egyptū quoqꝫ thimotheo alexādrino di=
ſtribuerūt. Porro eccl'iarū orientaliū gu
bernationē ei⁹ p̄ſulib⁹ cōmiſerūt palagio
laodiceno ⁊ diodoro tharſi. Anthiochene
eccl'ie priuilegia reſeruātes: q̄ tūc mele=
cio p̄ſiti dederūt: Definierūt pariter vt ſi
q̄d in ꝓuincia qualibet emergeret: ꝓuin
cie cōcilio finiret. In his oīb⁹ ſuuz p̄buit
etiā imperator aſſenſum. ¶ Theodori
cus. ¶ Paruo ſiquidē tp̄e trāſeūte ſctūs
quidē meleci⁹ eſt defunct⁹ ⁊ ab oīb⁹ ſapiē
tib⁹ cū preconiis marimis eſt ſepultus.
¶ Theodoric⁹. ¶ Eſtate ꝟo ſequente
rurſus pl'es ep̄i ad ↄſtātinopolim ꝓ cau=
ſis eccl'iaſticis ſunt reuerſi vbi orientaliū
ep̄oꝝ ſynodicā ſuſceperūt ep'l'az incitātē
eos ad romā vt illic marimū celebraret
ↄciliū. Sz illi q̄dē ꝓfectionē q̄ſi nihil ha=
biturā lucri refugerūt verū literas dire=
rerūt damaſo ceteriſqꝫ p̄ſulib⁹ quas ꝓ cla
riori notitia ſubdere neceſſariū iudicaui

¶ Capitulum. xiiii.

Dominis hono=
rabilib⁹ atqꝫ venerādis fratrib⁹
⁊ cōminiſtris damaſo ambroſio
britonio valeriano acolio baſilio: ⁊ reli=
quis ſanctis ep̄is in marima roma colle
ctis: ſancta ſynodus orthodoxoꝝ epoꝝ
congregatorum marima ciuitate conſtā
tinopolim in dn̄o. S Uelut nūc igno
rāti veſtre reuerētie inſinuare atqꝫ narra
re multitudinē paſſionū ab arriana potē
tia nobis ſepius illatarū forſitā ſuperua
cuū eſt. Nō em̄ ita negligentē veſtrā cre
dimus ſanctitatē vt adhuc egeatis diſce
re quos certū eſt ↄdolere. Sed neqꝫ nos
ↄſtrixere tēpeſtates vt ꝓ ſui paruitate la
tere potuiſſent. Neqꝫ tp̄s perſecutionis
eſt nouum ſed adhuc memoriā ſeruat an
tiquam: nō ſolū in his q̄ paſſi ſunt ſz etiā
in eis q̄ participes ſunt illoꝝ: quoꝝ pro=
prias indicant paſſiones. Heſterno eniz
vt ita dicam⁹ aut hodie exilioꝝ vinculis
reſoluti poſt innumeras tribulatiōes ad
eccleſias ꝓprias ſunt reuerſi. Alioꝝ vero
in exilio defunctoꝝ funera reuocata ſūt.
Quidā vero etiā ab exilio remeantes et
feruenti hereticoꝝ furore detēti amario
ra q̄ꝫ in exilio in ꝓpriis ſunt perpeſſi: lapi
dibus ab eis obruti: ſicut btūs ſtephan⁹.
Alii diuerſis macerati ſūt ſuppliciis ad=
huc ſtygmata chriſti ⁊ vulnera in ſuo cor
pore circūferre noſcuntur. Pecuniarū ꝟo
diſpendia honoris adēptiones ſingulo=
rūqꝫ cōfiſcationes / ⁊ machinamina / iniu
rias atqꝫ vincula q̄s numerare valebit
ad ſingula? Oēs em̄ tribulationes vere
ſup nos multiplicate ſunt vltra numerū.
Juſte quidē q̄m valde peccauimus. Aut
certe clemēs dn̄s paſſionuz multitudine
nos voluit exercere. Propt' hec itaqꝫ gra
tias deo referim⁹: q ⁊ per tātas tribula
tiōes ſeruos corripit ſuos ⁊ ſcd̄m multi=
tudinē miſerationū ſuarum deduxit nos
rurſus ad refrigeriū. Nobis itaqꝫ tp̄s et
labor marim⁹ neceſſari⁹ fuit quatin⁹ emē
datio ꝓueniret eccleſiarū vt tanq̄ ꝓ lon
ga egritudine diligētia paulatim adhi=
bita priſcā pietatis redderet ſanitatem.
Hoc etem̄ putabimur mō perſecutiōib⁹
accerrimis liberati ⁊ eccleſias longo tp̄e
ab hereticis detētas denuo reparare ve
rūtamen graues adhuc nobis ſunt lupi
qui poſtq̄ꝫ de caulis expulſi ſunt ex ipſis
paſcuis oues abripiunt: collectas facere
contendentes: populos commouentes ⁊

in nullo ſegnes ad eccleſie leſionē. Erat itaqꝫ ſicut diximus neceſſariū huic operi tpͣs. Qꝛ tñ fraternā circa nos caritatē miniſtrantes ſynodum in romana vꝛbe dei volūtate feciſtis ⁊ nos illic tanqꝫ mēbꝛa ꝓpꝛia: literis deo ammirabilis pꝛīcipis euocaſtis vt tūc ad tribulationes ſoli ſumus addicti tūc ſub imperatoꝝ pia concoꝛdia nō ſine nobis regnaretis: ſed etiaꝫ nos vobiſcum ſecundū apoſtolicā voceꝫ ꝯregnaremus. Oꝛatio quidē noſtra fuit ſi eſſet poſſibile vt oēs noſtras ſimul relinquentes eccleſias deſiderio vtili iūgeremur. Quis em̄ nobis dabit pennas ſicut colūbe vt volemꝰ: ⁊ apud vos requieſcamus: ſed qm̄ hoc omnino nudabat eccleſias: requie nuꝑ inchoante res; que nimis erat plurimis impoſſibilis: qꝛ cōcurramus in vꝛbē cōſtantinopolitanā: cauſa literarū ad nos directaruꝫ a veſtra caritate poſt aquilepēſe cōciliū a deo amabilem imperatoꝛem theodoſium ꝓpter hanc ſolummodo cauſam vſqꝫ ad cōſtantinopolim p̄parati: ⁊ de hac tantūmodo ſynodo ferētes cōſenſum epoꝝ qui per ꝓuincias permāſere. Maioꝛis vero pꝛofectionis neqꝫ ſperauimꝰ opus neqꝫ pꝛeaudiuimus omnino antequā cōſtantinopolim veniremus ſuper hec autem inducia rum anguſto tēpoꝛe faciente neqꝫ pꝛeparare nos valentes ad longā ꝓfectionem neqꝫ vniuerſos communicatoꝛes noſtros in ꝓuincijs poſitos cōmouere: ⁊ eoꝛū conſenſum ſumere p̄ualuimꝰ. Qm̄ igitͣ hec ⁊ alia multa plurimoꝛum aduentū ꝓhibere videbātur/ quod erat ſecundū ad effectum rerum et veſtre circa nos caritatis oſtenſionē: hoc egimꝰ. Reuerendiſſimos atqꝫ chariſſimos fratres ⁊ comminiſtros epiſcopos cyꝛiacū/euſebiū/⁊ pꝛiſtianuꝫ: vſqꝫ ad nos laboꝛare alacriter exoꝛantes per quos et noſtram voluntatem pacificam: ⁊ intentionē habentem vnitatis oſtēdimus, zelumqꝫ noſtrum quem pꝛo ſaluberrima fide gerimus indicamus. Nos etenim perſecutiones ſiue tribulationes ſiue minas imperiales ſiue crudelitates iudicū: ſiue quaſlibet alias tentationes hereticoꝛum libenter ſuſtinuimus ꝓ euāgelica fide que in nicea bithinie a trecētis decem ⁊ octo patribus roboꝛata dinoſcitur. Hanc enim ⁊ vobis ⁊ nobis ⁊ omnibus q̇ nō ſubuertūt verbū vere fidei complacere ꝯfidimus quā ſcimus antiquiſſimā exiſtere: ⁊ ſequacē baptiſmatis docētemqꝫ nos credere. In noīe patris et filij et ſpūs ſancti. Diuinitatē quippe ⁊ vͥtutē atqꝫ ſubſtātiā vnā patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti credimꝰ ⁊ equalē honoꝛē ac dignitatē ⁊ imperiū coeternū: in tribꝰ perfectiſſimis ſubſtātijs ſeu tribꝰ ꝑfectis ꝑſonis vt neqꝫ ſabellij lāguoꝛ habeat locū cōfuſione ſubſiſtētiarū aut peremptiōe ꝓpꝛietatū: neqꝫ eunomianoꝝ ⁊ arrianoꝝ ⁊ pneumathomacoꝝ .i. ſpiritui reſiſtentiū blaſphemia p̄ualeat ſubſtātia vcꝫ ſcḋm illos aut natura aut diuinitate diuiſa ⁊ icreate ꝯſubſtātiali ⁊ coeterne trinitati poſtrema quedā vel creata vel alterius ſubē natura dcē. In humanationis vͥo xp̄i ſermonē ſine aliqua violatione ſeruamꝰ neqꝫ ſine anima neqꝫ ſine mēte aut imperfectā carnis diſpēſationē ſuſcipiētes: ſed totū ſciētes ꝑfectū quidē ante ſecula exiſtere dñi vͥbū ꝑfectū vero hoīem in nouiſſimo dierū ꝓpter noſtrā ſalutē factū. Igitͣ que de fide a nobis aperte p̄dicātur velut in ſumma hec eſſe noſcuntͣ. De q̇bꝰ amplius inſtrui poteritis ſi ⁊ thomū i anthiochia factū a ſynodo ibi ꝯſtituta dignemini legere. Et q̇ḋ anno in ꝯſtātinopoliꝫ ab vniuerſali ſynodo cognoſcitur eſſe ꝓlatū in quibꝰ latiꝰ fidē ꝓfeſſi ſumꝰ: ⁊ ꝯtra nouitates hereſum nuper exoꝛtas anathemata ex ſcripto ꝓtulimꝰ. De diſpēſatiōibꝰ autē particularibꝰ eccl̄iarū antiq̄ ſicuti noſtis ſanctio tenuit ⁊ diffinitio ſctōꝝ patrū in nicea cōuenientiū ſcḋm vnāquāqꝫ ꝓuinciā. Et ſi pōtifices voluerint vt cū ⁊ vicini ꝓpter vtilitatē celebꝛēt oꝛdinationes quibꝰ rebꝰ ꝯñr ⁊ ceteras eccleſias apud nos edificari cognoſcite ⁊ in ſignū eccleſiarū hec appꝛobaſſe ſacerdotes. Poꝛro cōſtātinopolitane vꝛbis nouellā vt ita dicamus eccleſiā: velut ex oꝛe leonis hereticis ſubfoſſam blaſphemijs: abſtraximꝰ et per miſericoꝛdias dei reuerēdiſſimuꝫ et deo amabilē nectarium ep̄m oꝛdinauimus coꝛā vniuerſali concilio cū cōmuni cōcoꝛdia: ſub aſpectu etiam deo amabilis imperatoꝛis theodoſij: vniuerſiqꝫ cleri: cunctis decernente pariter ciuitate.

In ſeniore autem et vera apoſtolica ec-
cleſia anthiochie ſyrie in qua p̄ri⁹ venera
bile chriſtianoꝝ appellatū eſt nomē: re-
uerendiſſimū ⁊ deo amabilē ep̄m flauia
num de vniuerſa ꝓuincia ⁊ orïētali dio-
ceſi concurrēteſq; regulariter ordinarunt
oī eccleſia pariter decernēte: ⁊ quaſi ſub
vna voce hūc honorāte virū. Quā ordina
tionē tanꝗ̄ legalē ſuſcepit cōmune conci
lium. In matre vero cūctarū eccleſiaruʒ
hieroſolimis cōſtituta: reuerendiſſimuʒ
et deo amabilē cirillum ep̄m eſſe ſigni-
ficamus q̄ regulariter olim ꝓuincialib⁹
ordinat⁹ plurima ꝓpter arrianos diuer
ſis tēporibus certamina paſſus eſt. His
igitur tā legaliter et canonice apud nos
geſtis: etiā veſtrā reuerentiā cōgaudere
depoſcimus ſpirituali intercedēte dile-
ctione et timore dñico per que humana
ratione offenſio ⁊ eccleſiarum edificatio
ꝓponitur vniuerſis. Sic etenim verbo ⁊
dei cōcordāte: xp̄iana i nobis charitate
firmata: ceſſauim⁹ dicere qd̄ rep̄hēdebat
ap̄ls. Ego q̄dē ſum pauli: ego ꝟo apollo
ego aūt cephe dū oēs vcʒ appareām⁹ xp̄i
q̄ in nobis diuiſus non eſt. Et ſi ſine ſciſ-
mate corp⁹ eccl'ie deo adiuuāte ſeruem⁹
cū fiducia añ dñi tribunal aſtabim⁹ hec
cōtra arrij ⁊ ecij eunomijq; veſaniā: nec-
nō contra ſabellij/fotini/marcelli/pauli
ſamoſatani et macedonij: cōſcripſerunt.
Similiter autē ⁊ apollinaris nouitatem
palam abdicauerūt dicētes: inhumana-
tiones vero dñi ſiue violatiōes ſeruam⁹
neq; ſine aīa neq; ſine mēte/aut imperfe
ctā carnis diſpenſationem ſuſcipientes.
Porro damaſus omni laude digniſſim⁹
agnoſcēs hāc hereſim exortā fuiſſe nō ſo
lum apollinarē ſed etiā thimotheū diſci
pulū illi⁹ abdicauit. Et hoc orïētē guber
nantibus ep̄is literis proprijs indicauit
quas curauimus ſubter annectere.

¶ Capitulum. xv.

Quoniā apo-
ſtolice ſedi reuerētiā debi
tā charitas vr̄a diſtribuit
vobis p̄rimū chariſſimi fi
lij p̄ſtitiſtis. Nā lʒ eccl'ie i
qua ſctūs ap̄ls reſidēs docuit queadmo
dū nos gubernacula q̄ ſuſcipim⁹ tenea-
mus: tñ profitemur nos honore minores
eſſe: ⁊ propterea omnimodo feſtinamus:
vt ad gloriā eius beatitudinis perueni-
re poſſimus. Scitote igitur q: dudū thi-
motheū ꝓphanū ineruditū: apollinaris
heretici diſcipulū: cū impio ei⁹ dogmate
cōdēnauim⁹: nec vltra cōcedim⁹ ei⁹ reli-
quias qualibet ratione de cetero preua-
lere. Si aūt adhuc ille ſerpēs antiqu⁹ ſe
mel ⁊ ſecūdo, percuſſus ad penā ꝓpriam
reuiuiſcit: quiq; extrane⁹ ab eccleſia eſt
mortiferiſq; venenis ſuis: quoſdam fide
lium tentare nō ceſſat hāc tanꝗ̄ peſtife-
ram declinate corruptionē: quaten⁹ vos
memores ap̄lice fidei q̄ precipue in vrbe
nicena a patribus ex ſcripto ꝓlata eſt fir
mo gradu ſtabiles in fide: immutabiles
ꝑduretis: ⁊ nō vaniloquia ⁊ exterminabi
les queſtiones ab iſto audire patiamini
clericos veſtros aut plebē. Iaʒ eñ ſemel
formā didicimus vt qui ſemetipſum co-
gnouerit chriſtianū illud ſeruet qd̄ apo-
ſtolicis noſcit eſſe cōtraditū dicente ſan
cto paulo. Si quis vobis annūtiauerit p̄
pter qd̄ accepiſtis anathema ſit. Chriſt⁹
eñ fili⁹ dei dñs noſter humano generi p
ꝓpriam paſſionē ſalutē pleniſſimā cōdo
nauit: vt totū hoīeʒ delictis obnoxiū pec
catis oībus liberaret. Hūc ſiquis in dei-
tate ſiue in humanitate minus aliq̄d di
xerit habuiſſe plen⁹ ſpiritu dyaboli gehē
ne ſemetipſum filiuʒ demonſtrauit. Cur
itaq; rurſus a me queritis dānationem
thimothei: qui ⁊ hic iudicio apoſtolice ſe
dis preſente quoq; petro alexandrine ci
uitatis epiſcopo cū apollinari ſuo docto
re dānatus eſt et in die iudicij tormenta
debita ⁊ ſupplicia ſuſtinebit. Si vero qui
buſdaʒ leuioribus ille ſuadet veluti quā
dam ſpem habens qui verā ſpem in chri
ſti cōfeſſione mutauit ſciāt ſe cū iſto ſit̄r
perituros cū quo eccleſiaſtice regule re-
ſultabant. De⁹ vos incolumes cuſtodiat
filij chariſſimi.

¶ Capi. xvi.

Sed etiaʒ alia
quedā in eminētiſſima ro
ma colligētes ꝯ diuerſas
hereſes conſcripſerunt: q̄
huic operi neceſſario ſub-
dere iudicauit.

i Quoniam poſt nicenum ꝯcilium talis error exortus eſt: vt quidā dicere prophano ore preſumant per filium ſanctum ſpiritum fuiſſe factuʒ anathematizamus eos qui non cum omni predicant libertate cum patre et filio ſanctū ſpiritum vnius eiuſdemq̄ ſubſtātie atq̄ poteſtatis exiſtere.

ij Similiter autem anathematizamus et eos qui errorem ſabellij ſunt ſecuti/eundem dicentes patrem eſſe quem filium.

iij Anathematizamus arriū/⁊ eunomiū qui ſimili impietate licet ꝟbis diſcrepāt filiū tn̄ ⁊ ſpm̄ſanctū creaturā eſſe ꝯfirmant.

iiij Anathematizamus macedonianos q̄ ex arriana radice deriuati nō impietatē ſʒ vocabulū mutauerunt.

v Anathematizamꝰ fotinū q̄ hebionis hr̄ſi renouās dn̄m nr̄m ieſuʒ xp̄m ſolum ex maria ꝯfitetur.

vi Anathematizamus etiā eos qui duos filios eſſe ꝯfitentur: vnum ante ſecula: ⁊ aliū poſt carnis aſſumptionem ex virgine.

vij Anathematizamꝰ ⁊ hos q̄ ꝓ rōnali aīa ꝯfirmāt: q̄ dei ꝟbū in humanā carnē ꝯuerſuʒ eſt: ip̄e nāq̄ filiꝰ ꝟbū dei: nō ꝓ rōnali aīo ⁊ intelligibili in ſuo corpe factꝰ eſt ſʒ noſtrā hoc eſt rōnalē ⁊ intelligibilē aīam ſine pctō aſſumpſit atq̄ ſaluauit.

viij Anathematizamꝰ ⁊ eos q̄ dicunt ꝟbū dei ꝓductione ⁊ corruptiōe a pr̄e ſeparatū/⁊ ſine ſubſiſtētia eū aut terminādū eſſe blaſphemāt: eos aūt q̄ ab eccleſijs ad alias eccleſias migrauerunt tādiu a nr̄a cōione alienos habeamꝰ donec ad eas redeāt ciuitates in q̄bus primitus ordinati ſunt.

ix Si quis autem alio de loco ad locum migrantem viuentis ordinatus eſt tandiu vacet ſacerdotij dignitate qui propriam deſeruit ciuitateʒ donec ſucceſſor eiꝰ requieſcat in dn̄o.

x Si q̄s nō dixerit ſemꝑ pr̄em ⁊ filiū ⁊ ſpm̄ſctm̄ eſſe: anathema ſit.

xi Si quis non dixerit filiū natū ex patre hoc eſt ex eiꝰ diuina ſubſtātia anathema ſit.

xij Si quis nō dixerit verū deū filiū dei: ſicut verū patrē eiꝰ: ⁊ oīa poſſe ⁊ oīa noſſe/⁊ pr̄i equalē eē anathema ſit.

xiij Si q̄s dixerit q̄ in carne degēs filiꝰ dei cū eſſet ī terra ī celis ⁊ cū patre nō fuit anathema ſit.

xiiij Si q̄s dixerit q̄ in paſſione crucis dolorē paſſus eſt filiꝰ dei deꝰ ⁊ nō caro cū aīa q̄ iduta ē formā ſerui quā ſibi aſſumpſit ſicut ſancta ſcriptura dixit: anathema ſit.

xv Si q̄s nō dixerit q̄ in carne quā aſſumpſit ſedet ī dextera pr̄is: in qua etiā vēturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos: anathema ſit.

xvi Si quis non dixerit ſpiritūſanctū ex patre eſſe ꝟe ⁊ ꝓprie ſicut ⁊ filiū ex diuina ſubſtātia ⁊ deum dei verbum anathema ſit.

xvij Si quis non dixerit oīa poſſe ſpiritum ſanctum ⁊ omnia noſſe: et vbiq̄ adeſſe ſicut et filium ⁊ patrem anathema ſit.

xviij Si q̄s dixerit ſpm̄ſctm̄ facturam aut ꝑ filiū factū anathema ſit.

xix Si q̄s nō dixerit oīa ꝑ filiū et per ſpm̄ſanctū feciſſe patrē hoc eſt viſibilia ⁊ inuiſibilia anathe. ſit.

xx Si q̄s non dixerit patris ⁊ filij et ſpūſſancti vnā deitatē/ ptātem/ diuinitatē ꝟtutē vnā gloriā: dn̄ationē/ imperiū vnā voluntatē et veritatem anathema ſit.

xxi Si quis tres pſonas non dixerit veras patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti equales ſemper viuentes oīa q̄ ſaluantes: omnia continentes viſibilia et inuiſibilia omnia potentes: oīa iudicātes: oīa viuificātes. oīa creātes anathema ſit.

xxij Si quis non dixerit adorandum ſpm̄ſanctum ab vniuerſa creatura ſicut ⁊ filium atq̄ patrē anathema ſit.

xxiij Si q̄s de patre ⁊ filio bn̄ ſapuerit

de ſancto aũt ſpũ nõ recte credi-
derit:hereticus eſt q2 oẽs hereti
ci filio dei ⁊ deſpiritusſancto ma
le ſapiẽtes: i iudeorum atq3 gen
tilium incredulitate conſiſtere
ɔuincuntur.

xviij Si quis aũt diuiſit deũ patrẽ di-
cens ⁊ deum filium ⁊ ſpũſanctũ
affirmans deo dicit/⁊ non deum
ꝓpter vnã deitatẽ ac poteſtatẽ quã eſſe
credimus ⁊ nouimus:patris ⁊ filij ⁊ ſpiri
tusſancti deũ vnũ:ſubſtrahens vero filiũ
⁊ ſpũſanctum tanq3 ſolũ opinatus patrẽ
deũ anathema ſit. Nomen eñ deoꝝ ⁊ an
gelis ⁊ hoibus ſanctis a deo poſitum eſt
atq3 donatũ. De patre vero ⁊ filio ⁊ ſpũ-
ſancto ꝓpter vnã equaleq3 diuinitatẽ: nõ
deoꝝ noia dei noſtri traditur atq3 ſignifi
catur vt credamus q2 in patre ⁊ filio ⁊ ſpi
ritusſancto ſolũmodo baptizamur: ⁊ non
in archangeloꝝ ⁊ angeloꝝ noibus ſicut
heretici:aut ſicut iudei gẽtileſq3 veſani-
unt. Hec igitur chriſtianorũ ſalus eſt vt
credentes trinitati hoc eſt patri ⁊ filio et
ſpirituiſancto ⁊ in ea baptizati vnã dei-
tatem/⁊ poteſtatem ⁊ diuinitatẽ: et ſub-
ſtantiã in eum eſſe credimus. Hec itaq3
gratiano viuente facta ſunt.

¶ Socrates. ¶ Capitulũ. xvij.

Interea theo-
doſius impator corpus epi-
ſcopi pauli de ancirra tunc
reuocare fecit quẽ philipp⁹
prefectus ꝓpter macedoniũ exilio deſti-
natũ in cucuſſo armenie fecerat ſuffoca-
ri. Qđ funus cũ honore maximo atq3 ve-
neratione ſuſcipiens in eccleſia recondi-
dit que nunc ex eius noie noſcitur appel
lari quã tunc macedoniani tenuerãt ab
arrianis diuiſi ⁊ expulſi ab imperatore:
q2 eius noluerunt ſequi fidẽ. ¶ Sozome
nus. ¶ In qua baſilica plurimi neſcien-
tes veritatem paulum apoſtolũ illic iace
re credunt ⁊ maxime mulieres ⁊ populi.
Hoc itaq3 tpe etiã melecij reliquie in an
thiochiam relate ⁊ iuxta ſepulchrũ babi
le martyris noſcunt eſſe recondite. Fert
eñ q2 per totã viã iuſſu principis mini-
ſtrantibus cunctis ciuitatibus cũ pſal-
modia ⁊ honore debito funus eius vſq3
ad ant hiochiam fuerit reuocatum.

¶ Socrates.
¶ Capitulum. xviij.

Inter hec theo-
doſius impator filiũ ſuũ aru-
ſchadiũ deſignauit auguſtu3
ɔſulatu merobaudis ſcđo ⁊ ſa
turnini ſextadecima ianuarij mẽſis die.
Non longo poſt tpe aderant vndiq3 toti⁹
religionis epi eodẽ ɔſulatu iunio mẽſe.

¶ Capitulum. xix.

Inter hec euo-
cans imperator nectariũ tra-
ctabat cũ eo quid fieret: vt nõ
chriſtianitas diſcordaret: ſed
totã vniretur eccleſia. Dicebat aũt. Opoꝛ
tet examinari queſtionẽ eccleſias ſegre-
gantẽ. q2 dum diſcordia recederet. cõcor-
dia eccleſias ɔgregaret. Hoc audiẽs ne-
ctarius cogitabat: ⁊ euocans ageliũ tũc
nouatianorum epm tanq3 in fide conſor-
tem/indicauit ei votum imperatorũ. At
ille cũ eſſet reb⁹ alijs venerandus/de do-
gmate tñ non valebat reddere rationem:
ſed lectorẽ ſuũ ſiſinniũ noie ſtatuit q̃ p eo
deberet ꝓferre ſermonẽ: virũ eloquente3
⁊ rebus expertum:ſummeq3 ſcientem ſa-
crarũ ꝓfundiſſima literaꝝ. ſed ꝓphetica
dogmata. Is ergo dixit quia diſputatio
nõ ſolũ ſciſmata nõ vniret:ſed etiã here-
ſes ad ɔtentionẽ potiores adduceret:⁊ ꝓ
pterea nectario dedit tale ɔciliũ. Bñ nã-
q3 ſciebat q2 veteres patres ꝑncipiũ ſub-
ſiſtentie filio dei dare vitabãt:qm̃ prece-
piſſent eũ eſſe patri coeternum. Qua pro
pter dedit ɔſiliũ vt diſputatiuas fugeret
intentiones ⁊ teſtimoniũ ex traditiõe ve
terũ adhiberet:itaq3 ꝑſules hereſum re-
quireret impator vtrũ ſermonẽ vellent fa
cere de antiquis eccleſie doctorib⁹ q̃ ante
diuiſionẽ floruerunt. An certe illos velut
alienos a xp̃ianitate reſpuerẽt. Et ſi dđ
eos abnegarent/obijcerẽt eis. Ergo eos
anathematizare ꝑſumite. Et ſi hoc ꝑpe-
trare nõ ꝑſumerẽt a pplo expellerentur/
Quo facto apertam victoriam veritatis.
Si vero de principibus non offenderent
doctorib⁹ nr̃m inq̃t eſt ꝑbere veteꝝ libros
p q̃s nr̃m dogma eoꝝ teſtimonio robo-
retur.

tetur. Inter hec cū nectari⁹ ſiſinio dicen te libenter audiſſet.feſtin⁹ad palatiū ꝓperauit. Dictiqꝫ principi· cōciliū datum At ille cōſiderata ſentētia cauſam ſapiē ter inſtituebat.Deinde cōuocatis hereſiarchis requiſiuit ſi ſuſciperent magiſtros eccleſie qui añ tēpoꝛa diuiſiōis extitiſſent. Illis vero nō abnegātib⁹: ſed tāq̄ pceptoꝛes honoꝛātibus rurſum imperatoꝛ interrogauit:ſi eis hoꝛū teſtimonia chriſtiani dogmatis cōplacerēt.Hec audiētes pſules hereſum atqꝫ diſputatores eoꝛū:erāt eñ plurimi ad diſputationis certamina pparati:in rhſo vehementer heſerūt.Irruit eñ in oēs magna diſcoꝛdia.aliꝫ dicētibus bonū imperatoris eſſe ꝓpoſitū:aliꝫ vero cogitātib⁹ qꝛ nō eoꝝ expediret intētiōi: dū aliter de libꝛis veterū ſentire viderent:nequaq̄ inter ſe cōſpirabāt:ſed erāt diuiſi: non ſolū aduerſus alias hereſes:ſed etiā inter ſe metipſos q̄ dudū vni⁹ hereſis eſſe videbant.Quaꝓbꝛē cōſoꝛs malicia : ſicut lingue gygātum veterū eſt diuiſa : ⁊ turris eoꝝ funditus eſt ſubuerſa . Cognoſcens igitur imperatoꝛ eoꝝ cōfuſionē:⁊ qꝛ in diſputatione ſolummō ⁊ nō in antiquis expōnib⁹cōfidebāt alioꝓperauit itinere eiſq̄ declarauit : vt ex ſcripto vnaqueqꝫ religio terminū ſue fidei declararet.callidi viri ſingulaꝝ hereſum ſubtiliter ſua verba tractātes.dogma pꝛopꝛiū cōſcripſerunt.Erat etiā definitus dies quo ſinguli epoꝝ ad palatiū cōuenirēt.Aderāt ergo nectarius ⁊ ageli⁹ cōſubſtātialitatis fidei pſidētes:arrianoꝝ vero dimofilus.eunomianoꝝ ipe eunomi⁹ : macedonianoꝛum eleuſius cizici.Igitur imperatoꝛ eoꝝ qui conuenerant ⁊ vniuſcuiuſqꝫ dogmatis ſcripta ſuſcipiens : ſeoꝛſumqꝫ recedens oꝛauit intente vt ei cooperaretur deus ad veritatis electionem.Deinde vniuſcuiuſqꝫ dogmatis relegens ſcripturaꝫ : alia quidem oia tanq̄ diuiſionē trinitatis introducentia culpans:repente diſrupit:⁊ ſolum conſubſtantialitatis dogma cum laude ſuſcepit.Hec eñ occaſio fuit vt nouatiani bene agentes intra ciuitatem haberēt rurſus eccleſias.Ammirat⁹ naqꝫ pꝛinceps eoꝝ cōcoꝛdiā circa fidē.lege pcepit vt ꝓpꝛia oꝛatoꝛia detinerēt ⁊ pꝛiuilegia ſue eccſie atqꝫ fidei poſſiderēt.Verū aliaꝝ religionū antiſtites ꝓpter diſcoꝛdiā ſuā in rephenſionē ſui populi venientes eſtuabāt: triſtitiaqꝫ cōfuſi diſcedebāt:⁊ literis cōſolabātur alterutros vt nō affligerent cur eos plurimi relinquentes ad fidē cōſubſtātialitatis accederent dicentes . Quid eñ multos vocatos paucos autē electos ? qđ vtiqꝫ nō dicebāt qñ multum populū per poteſtatē ſibimet aggregabāt. ¶Imperatoꝛ interea lege ſanciuit vt heretici neqꝫ eccleſias haberēt: neqꝫ de fide docerent:neqꝫ epiſcopos aut alios oꝛdinarent: ⁊ alios qđē e ciuitatib⁹ expelli alios ſine honoꝛe eſſe: neqꝫ frui communi ciuilitate permiſit. Inſup crudeles penas aduerſus eos in lege cōſcripſit:quas tamen executus nō eſt.Studebat eñ vt per hoc cōcoꝛdes exiſterēt:non vero ſupplicio ſubiacerent.

¶Socrates. ¶Capitulum.xx. A

SEd neqꝫ hi q̄ tuebantur fidē niceni cōcilij: penit⁹ a triſtitia fuerunt extranei.Nā anthiocheni eos qui in ꝯcilio pſentes fuerant declinabāt.Egyptij ⁊ arabes ⁊ cipꝛij flauianū ab anthiochia expellendum eſſe dicebāt. Paleſtini vo ⁊ phenices/atqꝫ ſyꝛi : ꝓ flauiano laboꝛabant. Quarum rerū terminū ꝓpꝛio loco narrabim⁹ . Eo ſiquidem tempoꝛe quo B conſtatinopolim hec ſynodus agebat: talia circa heſperiā ꝓuenerunt.Maximus de bꝛitanioꝛū partibus cōtra romanoꝛū ſurrexit imperiū:⁊ laboꝛāti gratiano cōtra alamanos intulit bellū.In talia vero puero ſatis C exiſtēte valētiniano:rerū curā ꝓbus ex cōſule atqꝫ pfectus habebat.Iuſtina vero valētiniana mr̄ cum eſſet arriana viuo qđē marito ledere nō pualuit oꝛthodoxos . Eo moꝛtuo ⁊ filio valde iuuēculo : mediolanū veniēs ambꝛoſio epo erat infeſta:ita vt eū deſtinare iuberet exilio. ¶Theodoꝛicus. ¶Cūqꝫ de eccl'ia iuberet exire ambꝛoſi⁹ ait.Ego ſponte hoc non ago : ne lupis ouiū ſepta contradere [illegible]car aut blaſphemātibus deum:hic ſi placet occide.hoc loco moꝛtē pꝛona ſuſcipio voluntate. ¶Sozomen⁹.

D · ❡Cũqꝫ populꝰ ſingulariter diligẽs
ambroſium reſultaret:ꝛ trahentibus euz
ad exiliuz valde reſiſteret:potiꝰ indigna
ta iuſtina vocauit beniuolum tũc queſto
rem iubens vt velociter proponeret legẽ
que fidem prolataz arimino cõfirmaret.
Cũqꝫ ille hoc agere declinaret: erat eniz
orthodoxꝰ maioribꝰ euz ſingulis inuita
bat. Beniuolus aũt diſcingẽs ſe balteuz
ante pedes auguſte proiecit dicens: non
illũ honorẽ neqꝫ maiorem velle ſe pro im
pietate habere mercedem. Cũqꝫ ille hoc
facere omnimodo refutaſſet: inuẽti ſunt
alij qui nequitie iuſſionibꝰ miniſtrarent.
❡Socrates. ❡Capitulũ.xxi. A

INter hec nun-

tiatur q: gratianꝰ dolo tyrãni
maximi fuiſſet occiſus. Andra
gacius eñ dux maximi in leti
tia portatus vt occideret gratianũ:hmõi
opinionẽ miſit in vulgꝰ quia vxor gratia
ni ſuo viro feſtinaret occurrere i lugduno
gallie ciuitate fluuiũ trãſeunti. Gratianꝰ
aũt credens coniugẽ re vera venire quã
nuꝑ acceperat nõ precauit eius inſidias
ꝛ veluti cecus in foueã in manꝰ hoſtis in
currit. Dũ ergo veniſſet gratianus quaſi
ad vxoris vehiculũ ex improuiſo exiliem
andragaciꝰ gratianuz callidꝰ interemit.
Mortuꝰ ꝫ eſt cõſulatu merobaudis:ꝛ ſa
turnini anno imperij.xv. vite.xx.ꝛquarto
Hoc itaqꝫ facto ad p̃ſens cõtra ambroſiũ
ira iuſtini quieuit. Porro valẽtinianus li
cet inuitus: tempore neceſſitatis flexus
in maximi conſenſit imperio. Tunc pro-
bus metuẽs maximi poteſtatẽ:ab Italia
in illiricũ venit:;et in theſalonica mace-
donie morabatur. ❡Theodoritus.
❡Cũqꝫ audiſſet C maximus q̃ cõtra
ambroſiũ;rurſus magniloquũ p̃dicatorẽ
veritatis agerent;ſcripſit valẽtiniano vt
bellũ qď agebať ꝯ eccľias ſolueretur:mo
nẽs vt paternã nõ amitteret pietatẽ: ad-
ieciti qꝫ etiã minas belli:ꝛ niſi q̇eſceret ver
ba operibꝰ adimpleret. Quãobrẽ ſumẽs
exercitum venit mediolanum vbi tunc il
le degebat. Porro valentinianꝰ agnoſcẽs
eius inuaſionẽ fugit in illiricũ : experimen
to cognoſcẽs q̃ mala matris conſilio ſu-
ſtineret. Porro theodoſiꝰ. D audiẽs
que a iuſtina fuerãt geſta ꝛ a tyrãno ſcri-
pta:fugiẽti valentiniano reſcripſit nõ eſ-
ſe mirandum ſi imperatori quidem ter-
ror:tyranno vero poteſtas accreſceret dũ
imperator pietati rebellis extitiſſet. Ty
rannꝰ aũt ei auxilia cõmodaret:ꝛ ꝓpter-
ea ille quidẽ fugeret nudus: ille vero ar-
mareť verſus nudũ. ❡Socrates. ❡Tũc
igitur theodoſius imperator in maxima
ſollicitudine conſtiturꝰ contra tyrãnum
preparabat exercitum metuens ne quid
etiã cõtra iuniorẽ valentinianum inſidie
tyrannice preualerẽt. Ea tempeſtate etiã
legatio perſarum aderant pacẽ . E pe
tens. Quo tẽpore filius quoqꝫ honorius
ei natus eſt: de vxore placella conſulatu
rithomeri et clearchi nona die ſeptẽbris
menſis quo conſulatu agelius quoqꝫ no
uatianoꝝ ep̃s eſt defunctꝰ. Cap̃.xxij.

SEquẽti vero

cõſulatu archadij auguſti
primo ꝛ baudonis defun-
cto thimoteo alexandrine
ciuitatis ep̃o:theofilus ſu
ſcepit ꝓſulatũ. Poſt annũ vero dinofilo
arrianorũ antiſtite moriẽte: arriani ma-
rinum quẽdã ep̃m ſibimet ordinauerunt
qui tamẽ diu nõ vixit. ſub quo diuiſa eſt
arriana religio. Quo moriẽte dorotheuz
ab anthiochia ſyrie ducẽtes habuerunt
pontificem. ❡Capitulum.xxiij.

Bitur impera-

tor cõtra maximũ feſtinãs cõ-
ſtantinopolim imperatorez fi
lium reliquit archadiũ. Cũqꝫ
theſalonicam veniſſet inuenit Ualẽtinia
ni iudices in maxima triſtitia cõſtitutos
quia tyrãnũ velut imperatorẽ ex neceſſi-
tatis cauſa ſuſceperãt. Theodoſius aũt
aperte quidẽ: nec refutabat nec admitte
bat legationem maximi. Nõ tñ patiebať
ſub tyrãno poſitum imperiũ romanorũ.
Sumẽs ergo cũctũ exercitũ : mediolanũ
tẽdebat vbi erat ꝛ maximꝰ. Interea arria
ni cõſtantinopolim po B ſiti diuer-
ſas opiniões in pp̃ľo ſeminãtes dicebãt
ꝛ exercitũ imperatorẽ amiſiſſe:ꝛ ipſum ty
rãni ducibus ſubiugatum: aliaqꝫ multa
que ſolent inimici voto nequitie iactare:

ita vt crebro hec audiẽtes non opinionẽ
ſed vera iã crederẽt. His ſermonibus ar
rianoꝝ populus inflãmatus ad irratio-
nabilem quedã exarſit audaciã: domũq
nectarij epi cõcremauit cõſulatu theodo
ſij ſcd́o ⁊ cinegij. Ueruꝫ ¶ imperatoꝛ
theodoſius dũ tyrãnũ aggrederetur: co-
gnoſcẽtes maximi milites phiã inſtru-
ctionis imperialis ⁊ ſignoꝝ eius aduen
tũ: nec fame ipſius impetũ ſuſtinere pre-
ualuerũt: ſed apprehẽdentes tyrãnũ vin
ctũ ei ꝓtinus obtulerũt. Qui eoꝝ con
ſulatu peremptus eſt ſeptima ⁊ viceſima
die auguſti mẽſis. Andragatius aũt qui
peremerat gratianũ in vicino fluuio: ſe-
metipſũ ꝓijciẽs expirauit. Tũc igitur im
peratores valẽtinian⁹ ⁊ theodoſius per-
acta victoria venere romã. Erat eñ cum
eis pariter et honorius valde puer. Quẽ
poſt victoriã cõtra maximũ geſtã: ab vr-
be cõſtãtinopolitana theodoſius euoca
uerat ¶ Dumq in romana vrbe mo
rarẽtur feſtiuitates pro victoria celebrã
tes tunc ſuã bonitatẽ circa ſymmacũ ex
cõſulẽ theodoſius imperatoꝛ oſtẽdit. Is
eñ ſymmacus inter ſenatores pcipuus
habebatur: eratq romani eloquij erudi-
tione mirabilis: cuius multi quoq repe
riũtur libri. Scripſit aũt maximi laudẽ
eãq recitauit: vnde poſtea reus maieſta
tis eſſe videbatur. Quãobrẽ mortem me
tuẽs cõfugit in eccleſiã: veruꝫ imperatoꝛ
cũ eſſet perfectiſſime chriſtianitatis: ⁊ nõ
ſoluꝫ ſue fidei ſacerdotes honoraret: ſed
etiã nouatianos q prime eius fidei de-
creta ſeruarẽt: leontio tunc epo romano
eccleſie nouatianoꝝ rogãte beneficiũ cõ
ferẽs: ſymmacũ abſoluit a crimine. Cũq
veniã ſymmacus meruiſſet apologeticũ
ideſt ſatiſfactionalẽ librũ in theodoſio
cõſcripſit imperatore. ¶ Socrates.

¶ Capitulum.xxiiij.

Theodoſius igi
tur imperatoꝛ in romana vrbe
poſitus multũ profuit ciuitati:
alia pbẽdo: alia vtiliter auferẽdo: Duas
tñ res dignas confuſione ꝓhibuit. Erãt
ab initio in vrbe roma domus ingẽti ma
gnitudine fabricate in quibus panis fie
bat q vniuerſe ciuitati miniſtrabat. Ho
rũ mãcipia tpe ꝓcedẽte piſtrina publica
latrocinia eẽ fecerũt. Cũ eñ eſſent mole
in locis ſubterraneis cõſtitute: ꝑ ſingula
latera eoꝝ domuũ tabernas inſtituẽtes:
meretrices in eas ꝓſtare faciebãt: qua-
tenus ꝑ eas plurimos deciperẽt: alios q
pro pane veniebãt: alios q ibi ꝓ luxurie
cupitudine feſtinabãt. Arte nãq mecha
nica in molã de taberna cadebant: ⁊ hoc
patiebãtur maxime peregrini. Et ita fie
bat vt multi vſq ad ſenectutis tẽpus la
borãtes exinde nõ permitterentur exire
eſtimãtibus eoꝝ ꝓpinquis eos eẽ defun
ctos. In hmõi laqueo qdã miles theodo
ſij imperatoris incurrit. Cũq fuiſſet clau
ſus ad molã nec dimitteret exire euagi-
nato gladio ꝓhibẽtes occidit. At illi ter
rore deterriti militem exire dimiſerũt. Hec
agnoſcens imperatoꝛ ⁊ mãcipes ſuppli-
cijs interemit: et ipſa piſtrina funditus
eſſe diſtribuẽda precepit. Aliã rurſus ab
rogauit hu ¶ iuſmodi cõſ̃. Si qua
mulier in adulterio capta fuiſſet: hoc nõ
emẽdabat: ſed potius ad augmẽtũ pec-
cãdi cõtradebat includẽtes eñ eã in an
guſto ꝓſtibulo: ⁊ admittẽtes q cũ ea for
nicaretur hora qua turpitudine miſcebã
tur tintinabula pcutiebãtur: vt eius ſono
illius iniuria fieret manifeſta. Hec au-
diẽs imperatoꝛ ꝑmanere nõ paſſus eſt:
ſed ipſa ꝓſtibula deſtrui iuſſit aliiſq pe
nis adulteratã ſanciuit affligi. His actis
relicto valẽtiniano rome. ipſe cũ honorio
cõſtãtinopolim remeauit ꝯſulatu dacia
ni ⁊ ſymmachi die decima mẽſis nouem
bris. ¶ Theodoricus.

¶ Capitulum.xxv.

Reuertẽte ſiqdẽ
theodoſio ab heſperijs parti-
bus venit ad eũ amphilochi⁹
vir ammirãdus cuius ſepe meminimus
ſupplicãs vt arrianoꝝ cõcilia de ſingu
lis ciuitatib⁹ ꝓhiberet. Uerũ imperatoꝛ
crudelẽ iudicãs eẽ petitionẽ ſpreuit eũ.
Porro ſapiẽtiſſimus amphilochius eo q-
dem tempore tacuit: ſed cauſe remediuꝫ
memorabile preparauit. Poſt aliquot
namq dies ingreſſus palatium: vidẽſq
filium archadium iam imperatorẽ aſta-
re patri theodoſium ſolẽniter ſalutauit

filiū vero nō ei exhibita ſalutatione de-
ſeruit. Uerū imperator credēs oblitū am
philochiū inuitauit vt eū oſculari debe-
ret. At ille. Sufficit inquit ei ꝓprius ho-
nor. Tunc imperator cōtriſtatus/ad ſuā
iniuriā filio factā cōtumeliā iudicauit.
Porro ſapiētiſſimus amphilotius ɔciliū
ſue intētiōis aperuit ⁊ cū clamore dixit.
Uides imperator queadmodū filio tuo cō
tumeliā nō pateris irrogari: crede ergo
⁊ oīm deū ſic abhominari eos q̄ ei⁹ vni-
genitū filiū blaſphemare ɔtēdūt/⁊ velut
ingratos circa ſaluatorē ⁊ benefactorem
habere ſemper in odio. Hoc intelligens
imperator ⁊ geſta ſimul dictaq; mirat⁹/
legē repēte ꝓtulit hereticoꝝ cōcilia ꝓ-
hiberi. ¶Socrates.

¶Capitulum.xxvi.

CIrca hec itaq;
tpa in anthiochia ſyrie pau
lino epō moriēte plebs eius
declinabat oimodo flauia-
nū. Et ꝓpter hoc euagriū ordinauerunt
ſue partis epz. Quo in breui tpe mortuo
alter qdē ī eius loco factus iā nō eſt. Fla
uiano qppe retinēte. Uerū hij q̄ declina-
bāt flauianū ꝓpter iuſiurādi p̄uaricatio
nē ſeorſum ſolēnia celebrabāt. Porro fla
uian⁹ oī virtute curabat: vt eos ſibimet
aggregaret. Quod poſt paululū hoc mō
cognoſcit eueniſſe. Cū damaſus roman⁹
pōtifex ⁊ theophilus alexādrinus indi-
gnarētur circa flauianū nō ſolum ꝓpter
piuriū: ſed et q̄ ipe fuit occaſio vt pp̄lus
fideliū diſcordaret. Poſtea theophilus
a flauiano rogat⁹ miſit yſidoꝝ p̄ſbyterū
vt ɔtriſtatū damaſuz flauiano mulceret
epō dicēs vtilē fore populi ɔcordiā ſi cul
pa iaz facta flauiano remitteretur. Hoc
itaq; mō communione reddita flauiano:
antiochenus populus paulatim concor-
diā reparauit. Arriani vero ab eccleſijs
pulſi in ſuburbanis anthiochenis colle-
ctas agebāt. Inter hec aūt mortuo cyril-
lo hieroſolimorū epō Joānes ī eius ſede
ſucceſſit. ¶Cap.xxvij. A

EO ſiquidez tpe
etiā in alexādria hmōi ſeditio
generata eſt. Preceperat impe-
rator vt ſtudio theophili ī alexādria pa-
ganorū tēpla deſtruerētur. Theophilus
ꝑtāte pcepta ſtuduit paganorū deſtrue-
re miſteria: ⁊ tēplū quidē mithriū purga
uit: ſerapis vero ſubuertit. Uerū mithrie
ſacra vbi homicidia ꝑpetrabāt: publice
patefecit. Serapis aūt ⁊ alioꝝ riſu ple-
na mōſtrauit: iuueſ ꝑ mediā plateā por
tari verenda: q̄ pagani cū maximo hono
re venerabātur. Hec pagani vidētes ma
xime philoſophi iniuriā ferre nequerūt.
vno nāq; impetu ɔtra xp̄ianos facto ne-
ces innumeras perpetrauerūt: reſiſtēti-
buſq; chriſtianis clades hec vſq; ad im-
mēſa bella ꝓceſſit. Mortui deniq; ſunt ī
ea egreſſione paganorū pauci: xp̄ianorū
plurimi ex vtraq; vero parte innumeri
vulnerati. Porro pagani metu principis
poſtq; cede fuerāt ſatiati ꝑ loca ſingula
celabātur. multi quoq; etiam de ciuita-
te fugerūt. Inter quos hallodi⁹/ammo-
niuſq; grāmatici apud quos ego valde
puer cōſtātinopolim legi. Et halladius
qdē ſacerdos iouis eē dicebaꝶ ammoni⁹
vero ſymie. His ita geſtis theophilo in
deſtructione tēploꝝ ſolatia miniſtrabāt
prefectus alexādrie ⁊ dux ordinis milita
ris. Idola ſiqdē deorū cōflabāꝶ ad faciē
das ollas alexādrine eccleſie ad diuer-
ſas vtilitates: cui ab imperatore dij do-
nati fuerāt ad expēſas egētiū. Cū igitur
theophilus oēs cōtriuiſſet deos: vnū tā-
tūmodo reliquit ſymie ſimulachrum: iu
bēs eū publice ꝓponi atq; ſeruari: ne ſe-
quēti tpe pagani negarēt tales ſe ado-
raſſe deos. Quā rē noui ego q̄ grauiter
ferebat āmonius grāmaticus dicēs pa-
ganos nihil tā graue ꝑpeſſos niſi q̄ nō
ɔflatū ē ⁊ ipz: ſz ꝓ deriſiōe vnū illud ydo
lū ſeruaret. halladus aūt gloriabatur di
cēs q̄ in cōgreſſione xp̄ianorū nouē ipſe
peremerit. ¶Sozomenus. ¶Igiꝶ impe
rator audiēs q̄ alexādrie fuerāt ꝑpetra-
ta beatificauit equidē xp̄ianos martyrū
eis palmas attribuēs: eo q̄ ꝓ dogmate
tanta pericula ꝓtuliſſent. Paganis autē
veniā dedit vt eis xp̄ianitatē facile ſua-
deret. Juſſitq; vt tēpla funditus q̄ fuerāt
necis cauſa deſtruerentur. Cuius litere
dū publice lecte fuiſſent: ⁊ chriſtiani pa-
ganos impeterēt terrore ducti cuſtodes

ſerapis fugerūt:ꝛ ex illo tēpoꝛe chꝛiſtia=
ni ea loca tenuiſſe noſcuntur. Olimpius
autem philoſophꝰ ſicut audiui nō ante
multū tēpus lucēte die ꝗ̄ hoc euenit au=
diuit quedā in templo ſerapis. Alleluya
pſallentem B Cumq3 ianuis clauſis
adhuc quietis tpe nullū ibi cōſpiceret:ſ3
tātūmodo vocē pſallētis audiret: cogno
uit ſignū quod eſſet futurum et latenter
egreſſus inuenta naue diſceſſit.

¶ Theodoꝛicus. ¶ Cap.xxviij.

Theophilus
igit alexandriā vrbē ydo=
loꝝ erroꝛe purgauit ꝛ non
ſolū a fundamentis tēpla
ſubuertit: ſ3 etiā fallaciā
ſacerdotū his ꝗ ſeducebantur innotuit.
Erāt enim ſimulachꝛa erea:ligneaq3 in=
tus vacua/ꝛ doꝛſum copulatū ad parie=
tes habētia. vbi qdā foꝛamina relinque
bant ꝛ per abdita aſcendētes ꝛ intrātes
in ſimulachꝛa ꝗ̄ volebāt per eoꝝ oꝛa lo=
quebātur:ꝛ hoc mō ſeducebātur iugiter
audiētes in ſerapidis aūt aſcēdēs tem=
plum vidit ſimulachꝛū quod magnitudi
ne ſua terrebat cōſpiciētes. Referebatur
B etiā ſermo fallax qꝛ ſi qs iuxta eu3
accederet moꝛ terra commoueretur:ꝛ pe
ſtis cunctos inuaderet. Sed hec verba
fabulis anilibus plena cōfidens magni=
tudinem deſpexit velut exanimē. iuſſitq3
alicui habēti ſecurim vt ſerapē foꝛti per
cuſſione cōcideret. Cū3 cecidiſſent cla=
mauerūt omnes illa ſenili fabula foꝛmi=
dātes. Poꝛro ſerapis neq3 doluit (nēpe li
gneus) neq3 vocē emiſit ſicut exanimis.
Cū vero eius abſtuliſſent caput greges
ſoꝛicū exinde cōcurrerūt. Erat eīn habi=
tatio ſoꝛicū egyptioꝝ deus. Tūc eū par
tibus incidētes igne cōcremauerunt:ca
put autem per totam traxerunt vꝛbem.

¶ Socrates. ¶ Capitulum.xxix.

Cumq3 tēplu3
ſerapis nudaretur: inuēte
ſunt litere in lapidibꝰ ſcul
pte:que apud egyptos vo=
cātur ſacre:habebātq3 ipſi
caracteres figurā crucis. Hoc chꝛiſtiani
vidētes atq3 pagani ſinguli coꝝ hoc ſi=
gnum religioni pꝛopꝛie deputabāt. chꝛi=
ſtiani dicebant ſignū eſſe ſalutifere paſ=
ſionis chꝛiſti/pagani vero aliquam cō=
munionē chꝛiſto ꝛ ſerapidi per hoc ſignū
aſſerebant. Interpꝛetes aūt ſignū crucis
inſinuare dicebāt vitā ſuperuenturam.
Quā ob cauſam chꝛiſtiani ad ſummū fa
ſtigiū ſunt euecti. Cūq3 ꝛ per alias lite=
ras que apud eos ſacre dicūtur indica=
retur terminū habiturū ſerapidis tem=
plū:quando caracter crucis apparuiſſet
ꝗ̄ vitam ſuperuenturā ſine dubio decla=
raret:multo plurimi ad chꝛiſtianitatem
feſtinabant ꝛ peccata cōfitētes baptiza=
bantur. Sed ego nō arbitroꝛ ſacerdotes
egyptioꝝ aduētū pꝛediſſe chꝛiſti:ꝛ cru=
cis ſignaculum deſignaſſe. Nam ſacra=
mentum aduentus domini a ſeculis ꝛ a
generationibus fuit abſconditum ſicut
dicit apoſtolus:et latuit pꝛincipem ne=
quitie dyabolu3:multo magis famulos
eius ſacerdotes egyptioꝛum. Sed diui=
na pꝛouidentia hoc pꝛeſtruxit:vt in lite=
rarum fieret queſtione quod etiā in apo
ſtolo paulo monſtratum eſt. Nam et ille
ſancto ſpiritu ditatus multos athenien=
ſium duxit ad fidē qn̄ ea que in ara erāt
ſcripta ſenſu pꝛopꝛie narrationis expo=
ſuit/niſi foꝛte quis dicat qꝛ etiam in ſa=
cerdotibus egyptioꝛum operatus fuerit
deus ſicut in balaā ꝛ in caypha3 ꝛ illi pꝛo
phetaſſe referūtur. ¶ Theodoꝛicus.

¶ Capitulum.xxx. A

Non eſt itaq3
facile hominibus vniuer
ſas vitare hoſtis inſidias
Nam dum quiſpiam libi
dinis effugerit paſſionem
incurrit in auaritiā. Qua declinata inui
die fouea pꝛeparatur. Hanc ſi tranſcen=
derit vitium furoꝛis incurrit ꝛ alios plu
rimos ponit laqueos inimicus quo cape
re poſſit incautos:ꝛ coꝛpoꝛis quidē paſ=
ſiones h3 facile miniſtrātes vt animam
poſſit occidere. Sed mēs diuino ſolatio
vigilās:machinationū eius deſtruit ar=
gumenta. Humana nāq3 natura partici
patus theodoſiꝰ imperatoꝛ habuit paſ=
ſionū quoq3 communionem:iuſtoq3 furo
ri immenſam permiſcens crudelitatem:

iniuſtam operatus eſt paſſioneȝ. Quam
rem narrare neceſſariuȝ eſt ⁊ ꝓ vtilitate
legentiũ ⁊ pro memorabili virtutum opi
nione. Theſſalonica ciuitas eſt grandis
⁊ populoſa in qua dum fuiſſet orta ſedi-
tio quidã iudicũ lapidati ſunt atq; truci
dati. Hinc indignat⁹ theodoſius iracũ-
die non refrenauit infirmitatẽ: ſed iuſſit
iniuſtos gladios ſuper oẽs euaginari ⁊
vna cum nocẽtibus innocẽtes interimi.
Septẽ milia etenim hoĩm ſicut fert̃ occiſi
ſunt nõ ꝑcedẽte iudicio ſed tãq̃ in meſſi
bus oẽs ſimul occiſi ſunt. Hmõi cladem
plenã valde gemitibus audiẽs ambro-
ſius. cũ princeps mediolanũ veniſſet ⁊ ſo
lenniter in ſacrũ voluiſſet intrare tẽplũ:
occurrit foris ad ianuas: ⁊ ingredientem
his ſermonibus a ſacri liminis inceſſu
prohibuit. Neſcis imperator perpetra-
te a te necis quam ſit magnitudo: neq;
poſt cãm tãti furoris mẽs tua molẽ pre-
ſumptionis agnoſcit: ſed forte recogni-
tionẽ peccati ꝓhibet ptãs imperij. De-
cet tamẽ vt vincat ratio poteſtatẽ. Sciẽ-
da quippe natura eſt: eiuſq; mortalitas
atq; reſolutio ⁊ puluis ꝓgenitorꝝ ex quo
facti atq; rediẽdi ſumus: ⁊ nõ flore pur
pureo cõfidẽtẽ infirmitates operati cor
poris ignorare. Coequaliũ hominũ prin
ceps es o imperator ⁊ conſeruorũ. Unus
enim eſt omnium dominus rex omniũ ⁊
creator. Quib⁹ igitur oculis aſpicies cõ
munis domini templum? quibus palpa
bis pedibus ſanctuȝ illius pauimentũ?
quomodo manus extẽdes: de qb⁹ adhuc
ſanguis ſtillat iniuſtus? quomodo hmõi
manibus ſuſcipies ſanctuȝ dñi corpus?
qua preſumptione ore tuo poculum ſan
guinis precioſi ꝑcipies: dũ furore ſermo
nũ tãtus iniuſte ſit ſanguis effuſus? Re
cede igit̃ recede: ne ſecũdo peccato prio
reȝ neqtiã augere cõtẽdas. Suſcipe vin-
culũ quo te oĩm dñs nũc ligat: eſt eñ me
dicina maxima ſanitatis. His ſermoni-
bus imperator obediẽs: erat enim diui-
nis eruditionib⁹ enutrit⁹ ⁊ aperte ſciẽs
q̃ ſunt ꝓpria ſacerdotuȝ q̃ regũ: gemẽs ⁊
defiens ad regalia remeauit. Cũq; octo
mẽſiuȝ cõtinuorũ tranſiſſet tẽpus: ꝓpin-
quauit natiuitatis ſaluatoris noſtri fe-
ſtiuitas. Imperator autem lamentatio-
nibus aſſiduis in palatio reſidẽs conti-
nuas lachrymas inceſſabiliter expẽde-
bat. Ingreſſus aũt rufinus tũc magiſter
⁊ ſingularẽ apud principẽ habens fidu-
ciã: ⁊ vidẽs principẽ in lamẽtatione pro
ſtratũ: acceſſit vt lachrymarꝝ cauſas in-
quireret. At ille amariſſime ingemiſcẽs:
⁊ vehemẽtius lachrymas fundẽs: tu in-
quit rufine ludis ⁊ mea mala nõ ſentis?
Ego aũt lamentor ⁊ gemo⁹ calamitatem
meam: qr ſeruis quidẽ ⁊ mendicantibus
aperta ſunt tẽpla dei: ⁊ ꝓpriũ dñm ingre
dientes licẽter exorãt: mihi vero ingreſ-
ſus ad eum nõ eſt. Inſuper etiã celi ſunt
mihi clauſi. Hec dicẽs verba ſingula ſin-
gultib⁹ irrũpebat. Rufinus vero. Curro
inqt ſi tibi placet: põtificiq; precib⁹ per-
ſuadeo vt ſoluatur vinculum qđ ligauit.
At imperator. Nõ inquit ſuadebis am
broſio. Noui ego decretũ illius eẽ iuſtũ:
neq; reuerebit̃ imperialẽ potẽtiã vt legẽ
poſſit preuaricari diuinã. Cũq; rufinus
verbis plurimis vteret̃ ⁊ ꝓmitteret am-
broſiũ eſſe flectendũ: imperator eũ per-
gere cum feſtinatione: precepit ipſe vero
ſpe data poſt paululũ eſt ſecutus credẽs
rufini ꝓmiſſionibus. Porro vir mirãdus
ambroſius mox vt vidit rufinũ ait. Im-
pudẽtiã canũ imitatus es o rufine/ tãte
veȝ necis auctor exiſtẽs/ pudorẽ ex frõte
detergẽs nec erubeſcis nec metuis ꝯtra
ymagineȝ latrare diuinã. Cũq; rufinus
ſupplicaret ⁊ imperatorẽ diceret eſſe vẽ
turũ ſuperno zelo accẽſus ambroſi⁹ ait.
Ego vero eũ inqt rufine ꝑdico: qm̃ eũ in-
gredi ſacra limina ꝓhibebo. Si vero im
ꝑiũ in tyrãnidẽ mutabit: necẽ libẽter et
ego ſuſcipio. Hec ⁊ alia plurima rufinus
audiẽs annũtiauit imperatori votũ an-
tiſtitis monẽs ne de palatio forte ꝓcede
ret. At imperator in media iam platea
cognoſcẽs pergo inquit ⁊ iuſtas in faciẽ
ſuſcipio contumelias. Cũq; ad ſacra li-
mina perueniſſet in ſanctam quidem ba
ſilicam non preſumpſit intrare/ ſed ve-
niẽs ad antiſtẽ ⁊ inueniens eũ in ſaluta-
torio reſidẽtem ſupplicabat vt eius vin
cula reſolueret. At ille tyrannicam dicẽ-
bat eius preſentiaȝ ⁊ contra deum veſa-
nire theodoſiũ eiuſq; calcare leges. Ue-
rum imperator. Nõ inquit inſurgo ad-

uerſus eccleſiaſticas ſanctiones/nec ini
que ingredi limina ſacra contẽdo:ſed te
ſoluere mea vincula depoſco/⁊ commu-
nis domini pro me exorare clementiam:
nec mihi ianuam claudi quam cũctis pe
nitentiam agentibus dominꝰ noſter ape
ruit. Tunc antiſtes Quam inquit peni-
tentiam oſtendiſti poſt tantas iniquita-
tes? Quibꝰ medicaminibus incurabilia
vulnera plagaſqꝫ curaſti? At imperator.
Tuũ inqͭ opus eſt et docere et medica-
mina tẽ B perare:meũ ꝑo oblata ſu
ſcipere. Tũc ſanctus ambroſiꝰ. Quoniaꝫ
furori inquit tuum iudicium cõmiſiſti:et
non ratio protulit ſententiaꝫ ſed potius
iracundia ſcribe legem que decreta furo
ris euacuet vt triginta diebus ſententia
necis atqꝫ proſcriptionis in literis tan-
tummodo maneat et iudicium rationis
expectet. Quibꝰ trãſactis diebꝰ ira vide
licet iã ceſſante rõ cauſam iudicãs/apđ
ſemetipſam que cognouerit ſub veritate
diſponat. In his eñ diebꝰ agnoſcet an
iuſta ſit quã ꝓtuleris aut iniuſta ſenten
tia Et ſiquideꝫ ratio probauerit iniuſta
que ſunt prolata/diſrumpet. Si vero iu-
ſta:firmabit. Dierum vero numerus ad
hec examinanda ſufficiet Hãc ammoni
tionem imperator animo libenti ſuſci-
piens et optimum eſſe confidẽs legẽ con
ſcribi repente precepit:⁊ proprie manus
literis cõfirmauit. Quo facto vinculum
eius ſoluit ambroſius Que lex hactenus
obſeruatur. Eſt enim hmõi. Imperator
gratianꝰ:vãlẽtinianꝰ et theodoſiꝰ augu
ſti:flauiano:p̃fecto p̃torũ illirici. Si vin-
dicari in aliquos ſeuerius contra noſtrã
conſuetudinem pro cauſe intuitu iuſſeri
mus: nolumus ſtatim eos aut ſubire pe
nam aut excipere ſententiam ſed p dies
triginta ſuper ſtatu eorum ſors et fortu-
na ſuſpenſa ſit. Reos ſane accipiat vin-
ciatqꝫ cuſtodia et excubijs ſolertibus vi-
gilanter obſeruet. Sic igitur ſacratiſſi-
mus imperator ingredi limina p̃ſumẽs
non ſtans domino ſupplicauit neqꝫ ge-
nua flexit ſed pronus in pauimẽto iacẽs
dauiticã proclamauit vocem. Adheſit
pauimẽto aia mea viuifica me ſecunduꝫ
verbum tuũ. Manibus aũt capillos euel
lens/frõtẽqꝫ ꝑcutiẽs ⁊ pauimẽto lachri-
marũ guttas aſpergẽs veniã impetrare
poſcebat Cũqꝫ tẽpus accederet quo mu
nus C ad altare ſolebat offerre: ſur-
gẽs cũ lachrimis eſt ingreſſus. Cũ vero
obtuliſſet ſicuti ſolitꝰ erat intra cãcellos
ſtetit. Rurſus aũt ambroſiꝰ non quieuit.
ſed differentiã locorũ edocuit. Et primo
quidẽ requiſiuit qđ ibidẽ expectaret: im
peratore dicente ſuſtinere ſe ſacrorũ per
ceptionem miniſteriorũ/per archidiaco
num remãdauit. O imperator interiora
loca tantum ſacerdotibus ſunt collata:
que ceteri nec ingredi nec cõtingere per
mittũtur. Egredere igitur ⁊ hanc expe-
ctationẽ cũ ceteris habe communẽ:pur-
pura namqꝫ imperatores:nõ ſacerdotes
facit. Tũc fideliſſimus imperator etiam
hanc traditionem animo gratanti ſuſci
piens remandauit. non audacie cauſa in
tra cancellos manſi/ſed in conſtantino-
politana vrbe hanc conſuetudinem eſſe
cognoui. Unde ago gratias pro huiuſ-
modi diſciplina Tali ergo tãtaqꝫ et pre
ſul et imperator:virtute clarebant. Ego
nãqꝫ vtriuſqꝫ opus animiror/illius fidu
ciam:huius autem obedientiam. Illius
zeli feruorem:huius fidei puritatẽ. Por-
ro regulas pietatis quas a magno ſacer
dote percepit:etiã reuerſus in conſtanti
nopolitana vrbe ſeruauit. Nã dũ feſtiui
tatis tẽpore ad eccleſiã ꝓceſſiſſet:oblatis
in altare muneribꝰ mox egreſſus eſt. Cũ
qꝫ nectariꝰ tũc p̃ſul ecc̃ie mandaſſet: cur
intus ſtare noluiſſet mandauit princeps
Uix inqͭt potui diſcere q̃ differẽtia ſit im
peratoris ⁊ ſacerdotis/vix eñ inueni ma
giſtrũ. Ambroſiũ nãqꝫ ſolum noui digne
vocari pontificem: Tantũ itaqꝫ prodeſt
increpatio a viro virtutibus florẽte pro
lata. ¶ Theodoricus. ¶ Capitu. xxxi.

HAbebat igitur
imperator ⁊ aliam vtilitatis
occaſionem per quam de bo
nis opibus triũpharet. Cõ-
iũx eñ eiꝰ diuinis legibꝰ cũ ſepiꝰ ammo
nebat:ſeipſam tamẽ perfecte prius eru-
diens. Non enim regni faſtigijs eleuata
eſt ſed potiꝰ diuino amore ſuccenſa. Bñfi
ciũ nãqꝫ magnitudo magis ei deſideriũ
benefactoris adhibebat. Repente namqꝫ

vt venit ad purpuram claudorũ atq3 de-
biliũ maximaz habebat curã:nõ ſeruis:
nõ alijs miniſtris vtens ſ3 p ſemetipſam
agens et ad eoꝝ habitacula veniens:et
vnicuiq3 qđ opus haberet prebens. Sic
etiam et per eccleſiarũ xenodoxia diſcur
rens ſuis manibus miniſtrabat infirmis
ollas eoruz tergens:ius guſtans offerẽs
coclearia:panez frangens ciboſq3 mini-
ſtrans calicem diluens et alia cuncta fa
ciẽs que ſeruis ⁊ miniſtris mos eſt ſolen
niter operari.Illis autem qui eam de re
bus talibus nitebantur prohibere dice-
bat.Auruz diſtribuere opus imperij eſt.
Ego autem pro ipſo imperio hoc opus
offero:bona mihi oia cõferẽti Maz viro
ſuo ſepe dicebat Oportet te ſemp mari-
te cogitare qđ duduz fuiſti:quid mõ ſis
Hec ſi ſemp cogitaueris:ingrat⁹ benefa
ctori nõ eris Sz imperiũ qđ ſuſcepiſti le
galiter gubernabis:et harũ rerũ placa-
bis auctorẽ.His ergo ſermonibus velut
optimã quãdã vtilitatẽ:ꝟtutiſq3 abũdã
tiã cõiugi ſuo ſermonibus offerebat.

℄Capitulum.xxxij. A

H Ec itaq3 añ ma
ritum defuncta eſt. Poſt ali-
quãtũ vero tẽpus mortis ei⁹
aliqđ tale ꝑuenit:qđ maximũ
amorẽ quẽ habuit circa eã iperator oſtẽ
dit.Coact⁹ itaq3 theodoſi⁹ plurimoꝝ cõ
tinuatione bellorũ quãdã illationem no
uam impoſuit ciuitatib⁹ Anthiochena
vero ciuitas nouum vectigal ferre non
potuit/ſed videns populus ſuſpendi di-
uerſos egit:qđ vulg⁹ ſolet occaſionẽ ſedi
tiõis inueniẽs.Deponẽtes eñi ymaginẽ
ornatiſſime placelle(ſic eñi auguſta fue-
rat vocitata)ꝑ oẽm traxere ciuitatẽ.Hec
audiẽs imperator ⁊ indignat⁹/ abſtulit
priuilegia ciuitatis ⁊ vicine vrbi.i.laodi
cie tradidit principatũ credẽs hinc ma-
xime anthiochenos affligere. Poſt hec
aũt incẽdere ⁊ deſtruere atq3 ad inſtar vi
coꝝ anthiochiã redigere minabat. Am
miniſtratores aũt locoꝝ etiã quoſdã cõ
prehẽſos interemerũt:añq3 hãc preſũ-
ptionẽ cognoſceret imperator. Hec igit
oia imperator qđẽ precipiebat B nõ
tñ ſiebã:(prohibẽte lege quã ꝑferri fecit
ambroſius(Cũ igit veniſſent q̃ portabãt
minas imperatoris: hellebichus magi-
ſter militũ ⁊ ceſari⁹ magiſter officiorum
erãt oẽs ſub formidine conſtituti. Porro
viri heremũ habitãtes ꝟtutis ꝓpugna-
tores multi ſcꝭi ⁊ optimi viri plurima mo
nita ſimul ⁊ preces eis q̃ a principe miſſi
fuerãt offerebant. Macedonius aũt vir
ſanctus C nihil hui⁹ vite ſciens:ſed
etiã diuinorũ librorũ penit⁹ inexpert⁹ in
ſummitatibus habitãs mõtiũ noctibus
ac dieb⁹ ſaluatori oĩm puras offerẽs pre
ces.nõ imperatoris indignatiõe permo
tus/nõ iudicũ ab eo miſſorũ/i media ci-
uitate vtriuſq3 clamidem cõprehendens
ab equis ſuis vt deſcẽderent imperabat
At illi paruũ ſenẽ pãnis obſitũ viliſſimis
intuẽtes primitus indignati ſunt. Cum
vero quidam obſequia perhibentiũ vir-
tutem viri illius indicaſſent:repente ab
equis exiliẽtes ⁊ genua tenẽtes ei⁹ veniã
di venationis inuenit. Eiuſdem nāq; lin
gue p̄ſbyteros: dyaconos/ atq; lectores
fecit: et vnā eis eccleſiā dedit. Qua occa
ſione multos eoꝝ cepit dū ⁊ ipſe frequē
ter illic iret: ⁊ per interpretem celti cū di
uinas lectiones exponeret. Hec ergo in=
tra ciuitatē crebro faciēs plurimos eius
gētis arrianoꝝ ad apoſtolica dogmata
reuocauit. Apud ſcytas aūt quidā erant
deſideriū ſalutis habentes: quo nō pote
rant peruenire. Quod Ioānes agnoſcēs
queſiuit viros apoſtolico zelo feruētes:
eoſq; direxit ⁊ deſiderātibus ſalutis gra
tiā miniſtrauit. Ego aūt etiā literas ei⁹
legi ad leontiū ancyre preſulem quibus
indicauit ſcytas fuiſſe conuerſos in no=
ſtra prouincia ⁊ cognoſcens in quibuſdā

vicinis marchionis creuiſſe languorem: ſcripſit eius loci paſtoribus vt eos pellerent. Inſuper etiā principis pro hac cauſa proferri petijt ſanctionem.

¶ Capitulum.vj. A

GAinas quidā gĥe celticus: ꝯcilio barbarꝰ ſtudio tyrānico vehemētur elatꝰ: eo tpe cū eēt magiſter militū mltos ſue gētis multos etiā romanoꝝ ſub ſuo magiſterio habens terrorem plurimis: etiam ipſi principi meditatione tyrannidis inferebat. Eratqꝫ arrianus. Is ergo rogauit imperatorem vt intra ciuitatem ei vnā daret eccleſiam. At ille eū ſe placare promiſit. Tunc euocās Joānē eiqꝫ potētiā illius meditatāqꝫ tyrānidem dicēs petebat vt data eccleſia eius refrenaret intentionē. At ille virtute fortiſſimus noli inqͭt o imperator hec promittere neqꝫ ſanctū canibus dare. Nō em̄ potero deo benedicentes expellere ⁊ ſanctū tēplū blaſphemantibus iniuſte ꝓtradere: Neqꝫ hūc barbarū metuas imperator ſed ambos nos iube vocari ⁊ ſub ſilēto inter nos q̄ dicuntur audi. Ego nāqꝫ linguā illius ſic frenabo vt nō p̄ſumat petere q̄ dari nō expedit. Hoc audiēs imperator gauiſus eſt. ⁊ vtrūqꝫ altera die vocauit. Tunc gainas petitionē ſuā poſcebat dicēs. Nō lꝫ imperatori pietatē cuſtodienti aliq̇d cōtra mādata diuina p̄ſumere. Cūqꝫ reſpōderet ille: qꝛ oratoriū ⁊ ip̄e habere deberet. Joānes ait. Ubiqꝫ tibi diuina domꝰ aperta eſt vt nullus tevetat orare. At ille. Sꝫ ego inq̇t alterius ſecte ſum: ⁊ cū eis vnū tēplū habere depoſco. Multos em̄ ꝓ romana republica labores aſſumpſi: ⁊ non debeo in mea petitione cōtēni. Cui Joānes. Plurima inquit p̄mia ⁊ q̄ trāſcēdūt tua certamina ꝑcepiſti. Magiſter militū factus cōſulari toga inſuper exornatus. Et oportet te cōſiderare q̇ dudū fueris: ⁊ qualis modo conſpiciaris: ⁊ que priſca paupertas: ⁊ q̄ moderna ſubſtātia. Quibus veſtibus vtebaris anteq̄ hiſtrū trāſiſſes ⁊ quibus nūc vteris. Cōſidera igitur: qꝛ pauci labores maxima tibi p̄mia cōtulerunt: ⁊ circa honorantem te nō ſis ingratus. His ſermonibus tātus ille doctor obſtruxit os gaine eumqꝫ cōpulit vt taceret.

¶ Socrates. B

¶ Igitur dū gainas adipiſci deſideraret imperiuꝫ qui dudū de ſua fide apud beatam martyrē euphemiā in calcedonia imperatori archadio promiſiſſet: diuerſa conſilia reuoluebat ⁊ in ſua intentione inſtabat. Dūqꝫ per diē nihil in vrbe ꝯſtātinopolitana agere potuiſſet machinatus eſt vt nocte barbaros mitteret qui placiū ꝯcremarent. Tūc enim aperte mōnſtratum eſt quomodo deus cuſtodiat ciuitatē. Miſſis enim ab eo barbaris ad incendiū atqꝫ predas: angelorum turba apparuit armatorū ingēs corpus habentiū. Illi vero putātes eſſe milites abſceſſerūt. Cūqꝫ hoc gaine fuiſſet nunciatū/ incredibile viſum eſt. Nouerat em̄ qꝛ, cūctus exercitus per ciuitates fuerat cōſtitutꝰ. Quapropter denuo futura nocte alios deſtinauit. Cūqꝫ idem ei renunciatum fuiſſet denuo enim angeli eādeꝫ viſionē barbaris oſtendebant. Nouiſſime ipſe ingreſſus cū multitudine miraculi ſumpſit experimentum. Arbitratus reuera qꝛ per diem quidē lateret exercitus: nocte vero ꝓ eius cuſtodia poneret. Et ita dū intra vrbē nihil poſſet implere egreſſus ad trachiā aperte hoſtilē mōſtrauit intentionem.

¶ Theodoricus.

¶ Cū igitur C aliquātum tranſiſſet tempus diu meditatā tyrānidē gainas patefecit. Collecto nāqꝫ exercitu per trachias vniuerſas vaſtabat. Hoc cognoſcētes ⁊ iudices ⁊ populi terrebātur ⁊ neqꝫ repugnare illi quilibet preſumebat: neqꝫ apud eum legatione fungi dum aſperitatem barbaricam formidarent. Tūc ergo tanq̄ metuentes relinquens imperator/ Joanni viro ſanctiſſimo onus legationis impoſuit. At ille neqꝫ illius reſultationis memor neqꝫ inimicitiaruꝫ que hinc exorte videbātur: alacriter eſt profectus ad thracias. At ille cognoſcēs legatum eiſqꝫ fiduciaꝫ ꝓ pietate ſic libenter aſſumptā/ occurrit ei lōgo itinere eiuſqꝫ dexteram ſuis oculis circumpoſuit. Inſuper etiaꝫ ſuos filios ſacra eius genua oſculari precepit. Huius virtutis Joannes fuit vt etiam valde terribiles humi

liare cogeret et timere. ¶Socrates.

¶Capitulum ſeptimum.

EA tēpeſtate q̄ſtio mota fuerat. vtrū de⁹ corpore⁹ eſſet ⁊ hoīs haberet ſchema. An certe in corporeus ⁊ ſchemate hūano oī modis alien⁹. Ex queſtione contentiones et certamina plurima ſurrexerunt: alijs hoc affirmantibus aliud alijs maxime tamen ſimplices monachorū corporeum et humane forme deum eſſe iudicabant. Plurimi vero reprobantes illos deū incorporeum eſſe dicebant et forma corporea eſſe ſegregatum. Cū q̄bus theophilus quoq̧ alexādrin⁹ cōſonabat eps: ita vt in eccl'ia corā pplo cōtra eos q̄ humane forme deū aſſeuerant cōtēderet/⁊ deū incorporeū ſuo dogmate definiret. Hec agnoſcentes egiptiorum monachi: venerunt alexandriam et ſeditionē contra theophilum velut impiū excitarunt: ita vt eum occidere niterentur. Hoc ille cognoſcens cogitauit quemadmodū euitaret mortem. Quos ſub blandimento ſuſcipiens hec eis locut⁹ eſt. Sic inq̄t vos video ſicut dei vultum. Hoc dicto monachos a ſuo impetu reuocauit. At illi. Si vere inquit dicis q: dei vult⁹ ſic eſt ſicut et noſter: anathematiza libros origenis. Ex ipis eīm q̄dam aduerſantur opinioni nr̄e. Si eīm hoc feceris q̄ impiorū et deo rebellium ſunt a nobis ſine dubio ſuſtinebis. Ego inq̄t theophilus q̄ vobis placēt facio: nolite in me ſeuire. Nam ⁊ ego inimicus ſum librorū origenis et culpo ſuſcipiētes. Sic ergo monachos declinauit: et forſitā id hec q̄ſtio hacten⁹ eſt ablata. Poſt hec hmōi cā ꝑuenit egipti monaſterijs. Quatuor venerabiles p̄ſidebāt viri dioſcorus: ammoni⁹: euſebi⁹ euthimius. germani q̄ pro corporis magnitudine longi vocabantur ſermone vitaq̧ fulgentes ⁊ propterea apud alexandrinos egregij. Sed etiam theophilus eos honorabat epiſcopus. Quamobrem dioſcorum violenter tractum: hermopoleos fecit epiſcopū. Duos autem eorum rogauit vt habitarent cum eo/et vix vt epiſcopis fierent impetrauit. Factoſq̧ clericos eccleſie economos inſtituit. Cunq̧ illi eſtuarent cur minus propoſitum ſue conuerſationis implerent: et procedenti tempore cum viderent animas ledi/dū epiſcopus pecuniarum haberet vitam ⁊ multum auri ſtudium congregandi: repudiabant eſſe cum eo/et deſerti potius habitaculum diligebant. Dumq̧ ille neſciens eorum voluntatem ſibi eos adeſſe depoſceret. Poſtea videns q: eis potius ipſe diſpliceret iratus interminabatur eis. At illi hoc paruipendētes abſcedūt. Porro theophilus cum animo feruens eſſet niſus eſt viros illos quaqua poſſet arte vexaret. Et fratrem interim eorum dioſcorū habebat odioſum. Contriſtabatur eīm quia eos turba diligeret ⁊ coleret monachorū: et ſciebat quia eis aliter nocere non poſſet niſi monachos debellaret. Probauerat quoq̧ quia crebro cum eis habito ſermone faterentur incorporeum eſſe deum. ⁊ non humane forme ne forte neceſſitate hūane forme humana quoq̧ paſſio ſequeretur. Et cū ſic theophilus ſaperet: tamen vt ſe vindicaret quod bene prius predicauerat immutauit. Mittens enim in heremum plurimos monachorum ſimplicium et ſpiritali exercitatione carentium eſt venat⁹ dicēs non oportere ſequi dioſcorū neq̧ fratres eius dicētes incorporeum eſſe deū. Deus enim ſecundum diuinam ſcripturam et oculos habet et aures et manus et pedes ſicut et homines. Dioſcorus autem eiuſq̧ ſequaces ſequentes origenis dogma blaſphemiam introducunt quaſi deus nec oculos nec aures nec manus habeat neq̧ pedes. Hac ſeductione monachorum plurimi ſunt decepti. et ſeditio feruentiſſima ſuſcitatur. Sed exercitati viri ſeducti non ſunt: ſimplices autē ardore fidei repente contra fratres inſurgunt. Et facta diuiſione alterutros impetebāt theophili ſequaces origeniſtas et impios appellabāt fratres. Iſti vero ſequaces theophili humani forma: nos vocabant. Ob quam rem orta immani ſeditione theophilus cum armatorum multitudine venit in vitriam cōtra dioſcorū eiuſq̧ fratres. At illi vix fuga vix valuerunt declinare pericula.

¶Capitulum.viij. ¶Socrates.

Cum beci egypto fierent iohãnes cõſtãtinopolitan⁹ doctrina florebat ⁊ apõ cũctos fauoribus habebatur. Auritꝫ primus in nocturnis hymnis orationes ob huiuſmodi cauſam. Arriani ſicuti dictũ eſt foras ciuitatẽ collectas agebant. Sabbato aũt atꝫ dominica ĩfra portas ⁊ ꝑ porticus cõgregati: hymnos ⁊ antiphonas ex arriano dogmate ꝯpoſita decãtabãt Et hoc maxima noctis parte facientes: diluculo cũ ipſis antiphonis per mediã ciuitatẽ egreſſi portã ad ſuã eccleſiam cõcurrebãt. Cũqꝫ hoc crebro quaſi ad vituperationem orthodoxoꝝ facere nõ ceſſarẽt/frequẽter em̃ etiã hoc cantabãt vbi ſunt q̃ dicũt tria ṽtute vnũ? Tũc iohãnes metuens ne ſimplices huiuſmodi cantibus traherẽtur/inſtituit ſuũ populũ vt ⁊ ipſi nocturnis occuparent̃ hymnis: quatin⁹ ⁊ illoꝝ obſcuraret̃ opus ⁊ fideliũ ꝓfeſſio firmaret̃. Studiũ ergo iohãnis nimis vtile cum turba periculiſqꝫ finitũ eſt. Nã dũ clariores hymni omouſianoꝝ noctib⁹ apparerẽt: fecerat enim et cruces argẽteas q̃ cũ argẽteis cereis portabãtur expenſas ad hec eudoxia auguſta prebente. Tunc arriani zelo tracti vſqꝫ ad neces inſurgunt. Una ergo nocte facta congreſſione petra frõte percuſſus eſt briſon eunuchus auguſte: q̃ ad hymnos excercẽdos fuerat deputatus. Sed etiam quidam ex populo vtriuſqꝫ partis extincti ſunt. In his motus imperator ꝓhibuit arrianos hymnos publice decantare. ¶Capitulum.ix.

Dicendum tamẽ eſt vñ ſumpſit initiũ vt in eccl'ia antiphone decãtẽtur. Ignati⁹ antiochie ſyrie tertius poſt apoſtolũ petrũ ep̃s qui etiã cũ ipſis degebat apoſtolis vidit angeloꝝ viſionẽ quõ ꝑ antiphonas ſancte trinitatis dicebant hymnos. Iſqꝫ modum hymnorum anthiochene tradidiſſe probatur eccleſie/et ex hoc ad cunctas tranſiuit eccleſias.

¶Sozomenus. ¶Capitulum.x.

Fertur em̃ quoniam inter alia iohãnes etiã pro ſeueriano gabalenſi ep̃o odiũ auguſte conceperat. Is em̃ ſeuerianus ⁊ anthiocus ptolomaidis ambo eloquẽtiſſimi et corã eccleſia docere ꝑparati. Ueniẽs ergo pri⁹ anthiochus cõſtantinopolim eloquẽtia ꝓmotus atꝫ pecunijs ditat⁹ in ſuã reuerſus eſt ciuitatẽ. Pro cui⁹ zelo ſeuerianus poſtea venit Uidenſqꝫ iohãnẽ qꝫ frequẽter in eccleſia ſermõe facto mirabilis apparebat. Erat qꝫ honorabilis apõ multos ꝓceres/⁊ apõ ipſum imperatorẽ pariter ⁊ auguſtã. Cũ qꝫ iohãnes perrexiſſet ĩ aſiã huic cõmendauit eccleſiã. Credebat em̃ ei⁹ blãdimẽtis: q͛ eũ reuera diligeret. At ille magis ſe auditoribus commẽdabat. Quod duz iohannes audiſſet ſerapione nuntiante zelatus eſt. Reuerſoqꝫ ab aſia iohanne contigit tranſeunte ſeueriano vt ſtudioſe non aſſurgeret ſerapio. At ille exaſperatus clamauit. Si ſerapio clericus mortuus nõ fuerit: chriſt⁹ inhumanatus nõ eſt. Ob hãc rem accuſatus a ſerapione velut iniurioſus ⁊ in deũ blaſphem⁹ ciuitate pulſus eſt a iohãne. Qđ auguſta agnoſcẽs ꝑ familiares ſeueriani mox eũ a calcedone fecit reuocari. Porro iohannes multis rogãtib⁹ eũ videre refugiebat donec in ppl'oꝝ eccl'ia ei⁹ genib⁹ poneret auguſta theodoſiũ filiũ ſuũ ſupplicãs ⁊ ſepe cõiurãs vt ſeuerianum ſuo recõciliaret affectu. ¶Socrates. ¶Interea monachi ab heremo ad cõſtãtinopolim venerũt cũ dioſcoro ⁊ fratrib⁹ cũ q̃b⁹ yſidor⁹ q̃ theophili amiciſſim⁹ dudũ ob hm̃õi cauſaz poſtea fuerit inimic⁹. Petr⁹ quidẽ archipreſbyter alexãdrine fuit eccl'ie. Hũc theophilus ab eccl'ia odio faciẽte proicit culpãs eũ quaſi mulierẽ quãdam manicheã nõ primit⁹ ab renũtiãtẽ hereſim in cõmunionẽ ſacrã ſuſceperit. Cũqꝫ petrus diceret ſe eã iuſſu theophili ſuſcepiſſe: illo negãte yſidori teſtimoniũ petr⁹ implorabat quia hoc actũ nõ ignoraſſet ep̃s. Eo tẽpore yſidorus rome degebat a theophilo miſſus ad damaſum vt ei flauianũ anthiochie recõciliaret ep̃m. Uerũ reuerſus yſidor⁹ petri reſpõſionẽ verã

eſſe firmauit dicens:quia mulier mani=
chea cum epiſcopi fuiſſet iuſſione ſuſce=
pta.Hinc acceſſus theophilus ambos ex
pulit ab eccleſia Ob hāc ergo cauſam yſi
dorus cum dioſcoro ꝛ reliquis conſtanti
nopolim venit vt principi et iohāni eius
facta narraret.Hec iohannes agnoſcens
honorabat principio viros eorumq́ȝ frue
batur orationib⁹.Cōmunionevero ſacra
cū eis ante cauſe cognitionē participare
non voluit.His itaq́ȝ geſtis peruenit ad
theophilum ſermo falſus quaſi iohānes
illis cōmunicaſſet vt eis ferret auxiliuȝ.
Parabatq́ȝ vt nō ſolū de dioſcoro ꝛ yſido
ro ſemel vlciſceretur ſed etiam iohanneȝ
epiſcopatu deponeret Miſit ergo ad ſin
gulaꝝ epōs ciuitatū epiſtolas:celās in=
tētionē ſuā culpās tamē origenis libros.
Deinde epiphaniū cipri fecit amicuȝ cū
prius ei⁹ fuerit inimic⁹ tanq́ȝ de deo mi
nus ſaperet eūq́ȝ formaȝ hoīs habere iu
dicaret.Tūc ergo quaſi ex penitētia ei⁹
ſe profeſſus eſt ſequi ſectā:egitq́ȝ vt ſyno
dus epiſcopoꝝ cypri celebraret quaten⁹
libri danarētur origenis.Porro epipha=
nius ꝓpter nimiā ſui reuerētiā atq́ȝ ſim
plicitatē circunuēt⁹:cōſtituta ſynodo le=
ctionē librorū origenis interdixit.Miſit
q́ȝ lrās ad iohānē monēs ſe vt ab orige=
niana lectione ſuſpenderet:et ſynodo cō
gregata que placuerāt etiam ipſe firma
ret.Theophilus igitur famoſiſſimū epi
phanium circūueniens et agnoſcēs ſua
vota proficere:etiaȝ ipſe collectis epiſco
pis libros damnauit origenis:qui pene
ante ducentos defunctus eſt annos: non
qz huiuſmodi haberent intētioneȝ ſ3 ſtu
dens dioſcoro eiuſq́ȝ nocere ſequacibus.
Johannes autem paruipendens que ab
epiphanio et theophilo fuerant nuntia=
ta in doctrina eccleſiaſtica laborabat: et
in ea quidem florebat. Nihil tamen de
his que contra eum cogitabātur ſepe cu
rabat.Cumq́ȝ theophilus iam manifeſto
ſtudere videretur vt iohannē epiſcopa=
tu deponeret:tūc etiā inimici iohannis
theophilum ſunt ſecuti:et multi clerici/
multi procerū palatij tēpus inuenientes
oportunū.nitebātur vt ſynodus cōſtāti=
polim fieret cōtra iohānē.Et hoc tā per
epiſtolas ſibimet q̄ꝫ ꝑ verba mādabant.
Auxit igitur odiū iohanni cauſa ſeueria
ni anthiochi epōrum q̄ ſupra relata eſt.

¶Capitulum.xi.

Poſt paucū ve
ro tēpus epiſcop⁹ epipha
nius cōſtātinopolimvenit
portans dānationē libro=
rū origenis.Quib⁹nō q̄dē
ipſuȝ origenē excōmunicatū decreuerāt
ſed libris tātūmodo derogauerāt.Egreſ
ſus ergo ad baſilicā ſancti iohānis mi=
liario ab vrbe ſeptimo conſtitutā ꝛ colle
cta ibidē celebrata ordinatoq́ȝ dyacono
rurſus venit ī ciuitatē:ꝛ inuitationē qui=
dē iohānis declinauit cauſa theophili.
In propria vero māſione habitare ma=
gis elegit.Et vocans tunc preſentes epi
ſcopos damnationem librorū origenis
legebat eis.Et quidā habentes epipha
nij reuerentiam ſubſcribebant/ plurimi
autē hoc facere recuſabant. Quorū fuit
etiā theotinus ſcythie preſul:q̄ ita reſpō
dit.Ego inquit o epiphani neq́ȝ ei q̄ du=
dum bene requieuit iniurias infero neq́ȝ
rem blaſpemaȝ tentare preſumo: dānās
ea q̄ priores noſtri reſpuere noluerunt.
proinde neq́ȝ malaȝ doctrinam in libris
origenis eſſe conſpicio. Tunc proferens
libros ei⁹ origenis legit et eccleſiaſticas
expoſitiones oſtēdit:ac poſtea procedēs
dicebat.Qui his cōtumelias inferūt ne
ſciūt ſemetipſos.Hec ergo theothimus
vite rectitudine famoſiſſimus epypha=
nio reſpondiſſe fertur.Sed quoniam de
tractores plurimi ſubripiētes velut blaſ
phemum reſpuūt origenē pauca de his
dicere nō videt̄ abſurdū.Viles hoīes/et
q̄ ꝑ ſemetipſos nequeūt apparere:vitu=
perādo meliorē eſſe ſe aliq̄d conant̄ oſtē
dere.Hoc paſſus eſt primo methodi⁹ li=
tie olimpi ciuitatis epſ. Deinde euſta=
chius pauci pſul tpis:ꝛ poſt eū apolina=
ris:nouiſſime theophilus. Iſti deroga=
bāt origeni ꝛ alteros ob aliā cāȝ ad accu
ſationē ei⁹ accēderūt.Methodi⁹ igit̄ cū
multū derogaſſet primit⁹origeni poſtea
velut ex penitētia mirat⁹ virū in dialogo
quē attitulauit xenonē ſic ait. Sed quid
amplius ego de illorum querimonijs fa
ctis cōtra origenem loquor? Dum enim

culpāt eū pro quib⁹ putāt cauſis:⁊ nihil
quaſi male credētē de ſctā trinitate repe
riunt:oſtēduntur ī eo magis pietatis⁊ re
ctitudinis teſtimonia perhibere. Atha=
naſius autē defenſor niceni cōcilij libris
ꝓprijs cōtra arrianos voce clara teſtem
ſue fidei hūc virū vocat: illius libros cō
iūgēs ſuis ⁊ hec dicēs. Mirabilis inqt ⁊
laborioſiſſimus origenes hoc de filio dei
nobis teſtimoniū perhibēs ait:coeternū
eū aſſeuerans patri. Ignorant igitur ſe=
metipſos derogatores origenis etiā lau
datorem eius athanaſiū blaſphemātes.
Hec de origene dicta ſufficiant. Nunc ſe
quamur hyſtoriam.

¶ Capitulum.xij.

IOhannes igit cōſtātinopoleos indignatus
nō eſt cur abſqꝫ regulis in ei⁹
eccleſiam ordinationē fecerit
epiphanius ſed tamen rogabat vt inter
epiſcopos cū eo maneret At ille nec ma
nere ſe cuꝫ eo nec orare rñdit niſi dioſco=
rū ⁊ qui cū eo erat vrbe depelleret ⁊ ipſe
librorꝫ origenis dānationē ſubſcriberet
Johāne hoc facere differēte ⁊ dicēte non
oportere añ catholicā cognitionē aliqd
facere petulāter/⁊ ad hoc cōciliū ab ini=
micis iohānis epiphani⁹ iſtigat̄. Cū eēt
in apoſtolorū eccl'ia celebrāda collectio
ꝓcedere faciūt epiphaniū:⁊ corā oī ppl'o
origenis dānare libros:⁊ adiudicare dio
ſcorū eiuſqꝫ ſequaces:ſimul quoqꝫ dero=
gare iohanni velut eorum defenſori. hec
iohāni nuntiantur. Altera vero die dum
iam veniſſet epiphanius ad eccleſiam:
hec ꝑ ſerapionē v̾ba mādauit. Cōtra re
gulas multa geſſiſti o epiphani. Primuꝫ
qdē q: ordinationem feciſti in eccl'ia ſub
meo iure cōſtituta. deinde q: me nō iubē
te in eis auctoritate ꝓpria ſacra celebra
ſti. Rurſus q: inuitat⁹ excuſaſti ⁊ nūc de=
nuo in teipm̄ cōfidis. Quapropter obſer
ua ne turbatio naſcat̄ in ppl'o ⁊ hui⁹ rei
periculuꝫ ipē ſuſcipias. Hec dū audiſſet
epiphani⁹ ab eccl'ia formidat⁹ abſceſſit.
Cūqꝫ reuerſur⁹ eſſet ad cypꝛū:ferūt qdā
hec eū mādaſſe iohāni. Spero q: nō mo
rieris eps̄. At ille remandauit Spero te
ad tuā patriā nō redire. Hec vtrū vere di
cta ſint neſcio. Ambo tñ hūc habuere fi=
nē. Nā nec epiphanius viuus ꝑuenit ad
cyprū ſed in naue defunctus eſt:⁊ iohan=
nes poſt paululū epiſcopatu depoſit⁹ eſt.

¶ Capitulum.xiij.

CUnqꝫ epiphanius diſceſſiſſet peruenit ad
ioannē quoniā eudoxia au=
guſta eū cōtra ioānē armaſ
ſet/⁊ exhinc accēſus lingue vbertate ſer
monē fecit in populo cunctarꝫ mulierum
vituperatiōe plenū. Hūc ſermonē popu=
lus omnis arripuit quaſi cōtra auguſtā
prolatus eſſet ⁊ ita ꝑuenit ad aures im=
ratoris. Qđ auguſta cognoſcēs velut in=
iuriā ſuā narrauit imperatori dicēs illi⁹
magis eſſe contumeliam que eius vxori
fiebat. Quāobrem geſtū eſt vt theophil⁹
cōtra eum velociter ſynoduꝫ celebraret.
Qđ etiā ſeuerian⁹ ſimul agebat. Erat em̄
adhuc inimicus. Inter hec theophil⁹. ve
nit multos ſimul epiſcoporū monēs. Cō
fluebant igitur plurimi ioānis inimici.
Aderant etiā quos epiſcopatu remoue=
rat. Omnes ergo cōcorditer in calcedo=
na cōuenerūt vbi tūc erat epiſcopus qui
rinus multa contra iohannē loquens im
pium eum ſuperbumqꝫ vocās. Epiſcopi
vero delectabātur in talibus. Porro ma
ruthas meſopotame⁹ epiſcop⁹ nolens ci
rimi calcauit tūc pedē. At ille dolore cō=
trictus cōſtantinopolim cum epiſcopis
trāſire nō potuit:alij vero ſunt trāſuecti.
¶ Sozomenus. ¶ Poſtea vero cū dolore
laboraret eius crus frequenter eſt abſci
ſum:quia putredo pene omne corp⁹ eius
inuaſerat.⁊ pedem aliū iam ſerpebat: Is
ergo poſt paululum tempus eſt defun=
ctus. ¶ Socrates.

¶ Theophilo autē ab alexādria veniēti
nullus occurrit:nec ſolēni honore potit⁹
eſt. Erat em̄ apertiſſimus inimicus. Sꝫ
alexādrini naute qui tūc venerāt cū fru=
mentis occurrentes eum fauorabiliter
ſuſceperunt. Cunqꝫ veniſſet conſtantino
polim refutauit eccleſiaꝫ introire. ſed in
vna domo auguſtarum vocabulo placi=
diana tūc habitauit. Hinc ergo ceperūt
contra iohannem mouere cauſas/⁊ non
iam de libris origenis memoria ferebat:

ſed has accuſationes illicitas excitabantur. His ita ꝑparatis cōuenientes epi: in ſuburbano calcedonienſi qđ rufini noīe vocitat. vbi in honore petri ⁊ pauli apłorū baſilica cōſtituta: euocauerūt ioannē ſatiſfacturū ꝑ quib⁹ accuſabat. Iuſſeruntq̃ vt cū eo veniret ſerapion: ⁊ tigrius eunuchus pſbyter ⁊ paul⁹ lector. Iſti eñ ſimul accuſabant. Cūq̃ ioannes euocātes velut inimicos refugeret: vniuerſalē ſynodū fieri proclamauit. At illi nihil morati quater eū euocauerūt. Qui cū noluiſſet occurrere: ſed ſynodum fieri ꝓclamaret. Dānauerūt eū in nullo culpantes niſi q: vocatus noluit obedire. Dūq̃ hoc fuiſſet circa veſperā nuntiatū: populus ad ſeditiones maximas excitatus eſt. Et nocte cōcurrentes eū trahi ab eccleſia non ſinebant ſed clamabāt vt apud maius conciliū de eo agitaret examen. Porro iuſſio principis imminebat velociter eū eijci ⁊ exilio deportari. Hoc agnoſcēs ioannes tertia dānationis die circa meridiem ſe meipſū populo ignorāte cōtradidit. Cogitabat eñ ne vlla ꝑpter eū ſeditio naſceret. Et ille quidē exilio ducebat in populo autē ſeditio importabilis eſt exorta ita vt etiā multi inimicoꝝ ei⁹ miſericordia mouerētur dicētes eū calūniā paſſū quē pauloante deſiderabāt videre depoſitū. Quāobrē clamabāt oēs cōtra principē atq̃ conciliū ſacerdotū ⁊ maxime contra theophilū. Nō eñ machinatio iā poterat latere q̄ multis quidē indicijs apparebat maxime q: dioſcoro eiuſq̃ fratrib⁹ mox poſt ioannis deiectionem communicauerat. Tunc igitur etiā ſeuerianus in eccleſia docens ioanni derogabat dicēs. Et ſi nullo alio vituperādus ioannes eſt eius tñ ſuperbia crimen eſt dānatiōe ſufficiens. Omnia namq̃ peccata remittuntur hominibus: ſuperbis autē deus reſiſtit ſicut ſancte ſcriptur e docent.

Capitulum.xiiij.

Orta igit̄ im-mēſa ſeditione populo diſcurrēte et ad ipſa regalia ꝓclamante/ auguſta ꝓmota rogauit imperatorē vt eum reuerti preciperet. Miſſo igitur tūc eunucho briſone etiam neceſſitas ioanni nolēti vt in ciuitatē ingrederetur impoſita eſt. Eo ſiquidē remeante cū multo ei honore ad eccleſiā plebs occurrit. Et mox vt ioannes ingreſſus eſt rogabāt vt in epali ſede reſideret ⁊ populo orationē pacis impēderet. Quo refutante atq̃ dicēte quia hoc oporteret iudicio fieri ſynodali: ⁊ eos qui dānauerunt ſuā ſententiā reuocare: accendebātur oēs videre eū in loco ꝓprio reſidentē ⁊ verba doctoris audire. Qui licet diu tardaret preualuit tñ popul⁹ ⁊ eū in ſede reſidere epali coegit: et conſuete orationē ꝓbere pacis. Coact⁹ etiā ſermonem fecit in populo. Hec cauſa aliā prebuit inimicis occaſionem. Et primū quidē de heraclide ordinatiōe cōtra eū mouere dicebatur theophil⁹ queſtionem: vt ioannē huius rei occaſiōe deponeret. verum heraclides non aderat. Iudicabat autē veluti pñs quoſdā iniuſte cecidiſſet: cathenisq̃ vinctos miſiſſet in pompam epheſi per mediā ciuitatē. Cūq̃ pars ioannis diceret auditoriū debere iuſte conſtitui: alexandrini contēdebant vt heraclidis accuſatores ſuſciperētur. Hinc ergo ſeditio ⁊ cedes inter cōſtātinopolitanū populū ⁊ alexandrinum vehemens eſt orta. Ob quam rem plurimi vulnerati: pauci etiā mortui ſunt. Hec videns theophilus repente diffugijt in alexandriam. Quod etiā alij fecerūt epiſcopi preter paucos qui perſonam ioannis amplexabātur. His W ita geſtis reprehenſibilis theophilus eſt inuentus. Cuius auxit inuidiā q rurſus origenis libris incumberet. Qui dū ab aliq̃ fuiſſet interrogatus quomodo ea que abdicauerat rurſus amplecteretur ita reſpondit. Origenis libri ſimiles ſunt prato floribus vniuerſis pleno q̄cquid ḡ in eis bonum inuenero hoc decerpo. Si quid vero mihi ſpinoſum occurrerit: hoc quaſi pungar omitto. Hec ergo theophilus ait non conſiderans ſalomonis ſapiētiſſimi verba dicentis: quia verba ſapientum ſicut clauis aculei ſunt. Ob hāc ergo cauſam apud omnes theophilus reprehenſibilis videbatur. Porro dioſcorus hermopolios epiſcopus poſt paululum

fuge theophili mortu⁹ eſt claraqꝫ ſepul-
tus in baſilica apud illicē cōſtituta: vbi ꝑ
pter ioannem ſynodus fuerat celebrata.
¶Theodo. ¶ ¶Miſſus ergo tūc io
annes in exiliū ad oppidū habitabat pō-
ti qđ vocat hyerō. Cūqꝫ per nocte terre-
mot⁹ ciuitatē regiā inuaſiſſet legati matu
tino mittebāt ad eū rogātes vt velociter
reuerteret ad ciuitatē: ⁊ oꝛonib⁹ ei⁹ picu
la remoueret. Sꝫ ⁊ alij poſt illos: ⁊ rurſus
alij deſtinati ſūt ita vt legatꝫ boſfoꝛ⁹ iple
ret. Qđ dū fideliſſim⁹ populus agnouiſ-
ſet fluct⁹ ꝓpōtidis nauib⁹ eſt opertus.
Oēs em̄ occurrerūt cereos ⁊ lāpades ac
cēdētes ꝓ reuerſiōe paſtoꝛis. ¶Sozo
menus. ¶Interea cū theophilus D
nauigio in hierapolim aduenifſet moꝛ-
tuo ei⁹ ciuitatis epō: nilamnionē mona-
chū elegerūt ciues. At ille cū crebꝛo fuge
ret ei theophilus ſuadebat ne ſacerdotiū
refutaret. Tūc ille rn̄dit dicens: cras qđ
dn̄o placet implebit. Altera ꝟo die venie
tes ad cellā eius cogebant eū. Tūc nilā-
nion pri⁹ inquit. Oꝛem⁹. Qđ dū theophi
lus laudaſſet ſimul oꝛabat. Nilamnion
aūt repente terminum vite cū illa oꝛatio
ne ſuſcepit. ¶Socrates.

¶Capitulum. xv.

IOānes itaqꝫ do
ctrinis occupabat: oꝛdinauitqꝫ
ſerapionem heraclie tracenſis
epm̄. Unde cōtra eū maius odiū excitat.
Poſt paululū nāqꝫ hec contigiſſe noſcū-
tur. Auguſte eudoxie ſtatua argētea con
ſtituta eſt in columne ꝓphiretica clami
de circūamicta eratqꝫ poſita nec ꝓpe
nec lōge ab eccl'ia ſophia q̄ platee medio
do diuidebat iter. Illic ergo conſuete lu
ſus public⁹ occurrebat. Poꝛro ioānes ad
iniuriā hoc arbitrat⁹ eccleſie ꝯſueta fidu
cia rurſus ſuā armauit linguam. Et cum
opoꝛteret pꝛincipes ſupplicatiōis verbo
deflectere vt a tali luſu recederet hoc nō
fecit ſꝫ impetu ſui vſus eloquij: iubentes
fieri talia lacerabat. Auguſta vero rur-
ſus ad ſuā hec trahebat iniuriā ⁊ denuo
pꝛeparabat vt aduerſus eū ſynodus cele
bꝛaretur epoꝛum. Hoc ſentiens ioannes
illam famoſiſſimam in eccleſia pꝛotulit
omeliam cuius initium eſt. Rurſus hero
dias veſanit rurſuſqꝫ turbatur. Denuo
ſaltat: denuo caput ioannis in menſoꝛio
concupiſcit accipere. Quod factū ampli⁹
ad iracundiam accendit auguſtam.

¶Sozomenus. Capitulum. xvi.

INterea quidā
homo cōpꝛehenſus eſt qui
ioannē volebat occidere:
tradituſqꝫ ad ſuppliciū ꝑ-
fecto a ioanne ne perime-
retur ereptus eſt. Poſtea ꝟo etiā hilpidij
pſbyteri ſeru⁹: curſu in epm̄ accedēs eum
interimere nitebat. Et dū a quodā tene-
retur ⁊ ipm̄ repēte percuſſit ſimul ⁊ aliū
aſtantē ⁊ tertiū. Tūc clamoꝛe facto mul-
tis cōuenientib⁹ plurimos interemit: no
uiſſime tn̄ ⁊ traditus eſt. Ex illo tpe ioā
nem populus cuſtodiebat noctibus ⁊ die
bus ad eius circū ſedentes domum.

¶Socrates. Cap. xvij.

POſt populū ve-
ro aderāt epi leontius ancyre
galatie: ammoni⁹ laodicie: bꝛe
ſon thracie: philippēſis: acacius berie ſy
rie: ⁊ alij quidā his ꝑſentib⁹ accuſatoꝛes
ei pꝛi denuo mouebātur. Ioannes itaqꝫ cō
fidebat in talib⁹ rogans vt accuſatio de
cēter flagitaretur. Cūqꝫ ſuperueniſſet fe
ſtiuitas natalis ſaluatoꝛis imperatoꝛ ſo
lēniter ad eccleſiā nō decurrit ſꝫ manda
uit ioanni q: nō ei nō cōicaret niſi crimi-
nib⁹ pri⁹ exueretur. Cūqꝫ ꝓ ſecuritate io
annis accuſatoꝛes ei⁹ valde perterreren
tur p̄ntes epi nihil aliud requirebāt niſi
q: poſt depoſitionē nō ſeruato decreto cō
ſilij reſediſſet i ſede. Cūqꝫ ille rn̄deret q:
lxv. epi cōmunicātes ei decreuiſſent leon
tius ⁊ alij reclamabant dicētes. Sed plu
rimi te ioannes depoſuerūt. Cūqꝫ denuo
ioannes hāc regulā nō oꝛthodoxoꝝ eccle
ſie ſed eſſe firmaret arrianoꝛum: nā in an
thiochia cōgregati ꝓ dānatione fidei de
cōſubſtantialitate pꝛolate odio athana-
ſij hanc regulā ꝓtulerunt. Tunc illi non
recta ſatiſfactione damnauerunt eū: non
intelligētes quia dū hac regula vterent
athanaſiū quoqꝫ depoſuerunt. Hec acta
ſunt circa feſtiuitatē paſche. Mandauit
qꝫ imperatoꝛ ioanni non ſe poſſe ad eccle

ſtam venire quia eum duo conſilia cōdē naſſent. Uacabat ergo ioānes: ⁊ nequaq̄ in eccleſia deſcēdebat. Mox igit̄ oēs ei fauētes ab eccleſia recedētes paſcha qđ dē in thermis q̄ cōſtātiniane vocātur celebrauerūt. Cū quib⁹ plurimi epoꝝ: pſbȳteroꝝ et ſacri ordinis clericorum: cōmoti ſunt: collectiones ſeorſum per loca diuerſa celebrātes. vnde etiā ioannite vocati ſunt. Porro ioannes duob⁹ mēſibus nuſq̄ pceſſit: donec princeps cū duci iuberet in exiliū. Et ille quidē tract⁹ ab eccleſia ducebat̄. Quidā vō ioannitarū ea die eccleſiā incēderunt. Qua ardēte flās ventus: etiā baſilicā ſenatus pariter cōprehendit. Quod actū eſt viceſima die ianuarij menſis: conſulatu honorij ſexto et ariſtenis. Ob quā rē optatus prefect⁹ vrbis cuz paganus eſſet odio chriſtianorū plurimos ioannitarum diuerſis tormentorum generibus laniauit.

¶ Theodoricus. Cap. xviij.

IOannes igitur non ſolū ex ciuitate pulſus eſt ſ3 ēt i quādā puulā ciuitatē atq̄ deſertā armenie cucuſſo deſtinat⁹ eſt. Inde rurſus ad pytyuntē vbi fines ſunt ponti imperijq̄ romani: que loca crudelibus barbaris ſunt vicina. Sed clemēs dn̄s nō permiſit victorē athletaz per loca talia diu morari. ¶ Sozomenus. ¶ Inter hec innocentius roman⁹ antiſtes audiēs de ioāne ⁊ moleſte ferēs volēſq̄ gñale celebrari ↄciliū: ſcripſit ioāni ⁊ clero ↄſtātinopoleos qđ nō oporteret ioāni ſucceſſorē dari nec ei⁹ clero alio parere pōtifici: q̄s pliritatis cā nō trāſtuli. B Aiūt eñ ioānē cū exilio ducerēt̄ per viſionē cognouiſſe diē qua moritur⁹ eſſet oñſam ſibi a baſilico martire i cumanis vbi cū eēt itinere fatigat⁹ dolorē capitis nō ferēs ⁊ ardorē ſolis vitā lāguore finiuit. ¶ Socra. ¶ Quartadecima die menſis ↄſulatu honorij ſepties ⁊ theodoſij ſcđo.

¶ Theodoricus. Capi. xix.

HUius igitur iniuſtitie cauſas abominati ſūt pcipue europe pontifices ab eoꝝ nāq̄ ſe ſuſpēderūt cōione pariter omnes illirici eius partis effecti ſunt. Oriētales aūt plurimi quidē iniuſtitiā declinauerūt corp⁹ tñ eccleſie diuidere noluerūt. Uerū moriēte illo oīm doctore terrarū: nō prius occidētales epi egyptioꝝ ⁊ oriētaliū boſſorēſiū atq̄ tracēſiū ſunt amplexi cōionē: q̄ illi⁹ ſacratiſſimi viri nomen inter pdeceſſores poneretur epos. Et acaciū quidē q̄ poſt eū ordinat⁹ eſt: nullo habuerūt ſermone dignū Atticum vō arſatij ſucceſſorē legationem crebro mittentē ⁊ pacis pignora poſtulantē dipticis ſcripto ioannis noīe poſtea ſuſceperunt. ¶ Socrates. Cap. xx.

TRāſactis ita q̄ dieb⁹ paucis arſatius cōſtantinopleos ordinat̄ epſ nectarij frater/valde lōgeuus ⁊ vltra octoginta annorū: q̄ māſuetiſſime nimis regebat epatū. ¶ Sozomenus. ¶ Cuius opi A nio derogauit poſtea qđ de ioannis amatorib⁹ agebat̄. Nā cū arſatio cōicare nolēt nec orationē habere cōmunē ſed ſicuti dictū eſt ſeorſuz ⁊ p loca ſecreta vltima ciuitatis ſacra celebrarēt: hec ille renunciauit imperatori. Cumq̄ iuſſiſſet vt eos manu militari turbaret: lapidib⁹ atq̄ fuſtib⁹ populū ↄuertit in fugā. Nobiliores autē ⁊ pntiores in amore ioannis redegit in carcerē. Porro milites vt aſſolet accepta fiducia: predā circa mulierū ornamēta faciebāt zonas aureas: dexteralia: monilia: libatoria: anulos: dyademata ⁊/cū ipſis aurib⁹ earū auferētes inaures. Ob quā rē turba maxima ⁊ gemit⁹ in ciuitate puenit. Nec ſic tñ illi affectū depoſuere ioannis. Uerū publice plurimi couenire nec in platea nec in balneo pſumebāt. Quibuſdā etiā erat domi quoq̄ manere periculoſum/ita vt ciuitatē declinarent. multi ſiquidem viri plurimeq̄ mulieres nobili gñe pcreate: vginitate atq̄ vtute vite laudabiles fugerūt. ¶ Socrates. B ¶ Eo tpe etiā grādo vehemēs conſtātinopolim ⁊ circa ei⁹ ſuburbana deſcēdit. Qđ actū eſt ↄſulatu eodē honorij ſexto: ariſtene die. xxx. ſeptēbris menſis. qđ dicebāt dei iracūdia geſtū: eo q̄ ſine iudicio ioanes fuerat ↄdēnat⁹. Quib⁹ verbis

crementum dedit moꝛs auguſte cōtinue cōſecuta. Quatuoꝛ nāqꝫ dieḃꝰ poſt grādi nē eſt defuncta. ¶ Sozomenus.

¶ Tūc enī ⁊ cyrimꝰ in calcedonēſis eṗs ꝗ ioānē crebꝛo lacerauerat ſecto pede defunctꝰ eſt. ¶ Socrates. ¶ Alij tñ dicebāt ioannem hoc iuſte ꝑpeſſum eo ꝙ multas eccl̄ias nouatianoꝝ q̄rtodecimanoꝝ ⁊ alioꝛum obtuliſſet hereticoꝛum.

¶ Sozomenus. Cap̄. xxi. A.

POſiquidē tēpoꝛe quidā lectoꝛ eutropiꝰ eſt detētus quaſi ⁊ ipſe in eccleſiam miſiſſet ignem. Qui dū multa fuiſſet toꝛmēta perpeſſus redactus in carcerē poſt paululū eſt defunctꝰ. Quid aūt de eo cōtigerit exiſtimo eſſe memoꝛādū. Quidaꝫ vidit in ſomnis aſtitiſſe altari virum pulchꝛitudine ⁊ magnitudine decoꝛatū / q̄ſi in honoꝛe martyris ſtephani cōſiſtenteꝫ: ⁊ ſi qua cogitātē eo ꝙ boni viri nuſq̄ꝫ inuenirētur / atqꝫ totā ſe circuire ciuitatē: ⁊ niſi eutropiū nullū penitꝰ inueniſſet. Cūqꝫ is ꝗ viderat euigilaſſet: ſomniū retulit fidelibꝰ viris. Deinde requirens eos ꝗ a ꝓfecto cōpꝛehenſi fuerāt ⁊ verberibꝰ macerati inuenit eutropiū: eiqꝫ retulit viſionē. At ille flēs / oꝛonē ſibi dari ab eo ꝗ viderat imploꝛauit. Cūqꝫ diuerſos ꝓfectꝰ affligeret: nec ꝑſonas incēdij reperiret etiā mulieres quaſdā tenēs ſuadebat vt eṗi cōionē amplecterent̄ arſatij: ⁊ multe ꝗdē declinauerūt. Olimpias autē iniuſtū credēs nequitie ſatiſfacere dixit. Adijce mihi calūniatoꝛes ⁊ violētias maioꝛes impone: mihi ꝟo fas nō eſt cōicare et ea facere q̄ pijs nō lꝫ ꝑpetrare. Quā dū nequiſſet declinare pꝛefectus vt cōicaret arſatio. tūc demiſſam ⁊ poſt paucū tentā multo nudauit auro: hoc mō credens eiꝰ frāgi cōſtātiā. Eo tp̄e tigrius p̄ſbyter veſte nudatus: ⁊ doꝛſo ceſus ita tēſus eſt vt pedū eiꝰ ac manuū articuli ſoluerentur.

¶ Socrates. Cap̄. xxij.

ARſatius itaqꝫ cum paucum vixiſſet tēpus defunctus eſt conſulatu ſequenti ſtiliconis ſecundo: et antemij vndecima die nouembꝛis mēſis: Quo moꝛiēte de epiſcopatu ꝯſtantinopolitana magna cepit eſſe cōtentio. Et ꝓpterea cū quatuoꝛ vacaſſet mēſes. ſequēti cōſulatu archadij ſexto: et ꝓbi atticus oꝛdinatur eṗs genere armēnius / habitu monachus a iuuētute ſua naturali ſapiētia decoꝛatus.

¶ Sozomenus. ¶ Capitulum. xxiij.

INterea cuꝫ ſiricus quinqꝫ annis romanoꝛū rexiſſet epiſcopatū anaſtaſius ei ſucceſſit. Poſt quē innocentius pōtificatus iura ſuſcepit. Defunctꝰ quoqꝫ eſt etiā flauianus nō cōſentiens in dānatione ioannis Flauiano moꝛiēte poꝛphirius anthiochenū ſuſcepit eṗatū. Et qm̄ plurimi contra ioannē cōſenſerant ꝓpterea in cōſtantinopolitana vꝛbe multa diuiſio facta eſt / ita vt miſſas apud ſemetipſos plurimi celebꝛarent ⁊ ſcandala ꝓuenirent: qm̄ ꝓpter gratiā arſatij atqꝫ poꝛphirij necnō ⁊ theophili alexādrine ciuitatis eṗi dudū ſtudio pꝛocerū poſita lex fuerat: iubēs oīs in eccleſiā conuenire ⁊ qui nō communicarent pꝛocul expellerentur.

¶ Capitulum. xxiiij.

EO tēpoꝛe cuꝫ diſcoꝛdia ſacerdotū etiam reſpublica magnis cōcuſſiōibus turbatur. Huni nāqꝫ trāſeuntes hyſtrum trachiam deuaſtabāt. Iſaurie quoqꝫ latrones maxima multitudine ꝯgregata vſqꝫ ad carenos ⁊ feniciā veniētes vꝛbes ⁊ vicos in medio poſitos populati ſunt. Per idē tp̄s ſtilico magiſter armoꝝ erat apō honoꝛiū magna ꝓditus ꝑtāte habebatqꝫ ſub ſe romanoꝝ plurimos atqꝫ gentiliū. Qui cōtractis inimicitijs cū archadij ducibꝰ cogitabat ꝯgredi ꝯ eos. Tūc ꝗ agēs cū honoꝛio alaricū regē gothoꝝ fecit oꝛdire magiſtrū militū / ⁊ acceſſit aduerſꝰ illiricum: eiqꝫ iouium pꝛefectum cōſtituit: vt arma contra romanos attolleret: ac pꝛouinciales honoꝛij ſubderet ditioni et cum alaricus Barbaros ſub ſe conſti-

tutos ⁊ per dalmathias habitantes congregaſſet venit ad epyrum vbi multo tēpore cōmoratus reuerſus eſt in Italiam qꝫ cū diſcedere voluiſſet honorij literis eſt detentus ſicut ipſe confeſſus eſt.

¶ Theodoricus. ¶ Capitulū.xxv.

A tēpeſtate cyrillus theophili ꝯſobrinus alexandrinū ſuſcepit epatum hieroſolymorum eccleſie preſidebat ioannes vir mirabilis ſucceſſor cyrilli. Antiochie aūt alexander vir ſermone doctus et vir virtutem oſtendens magnis opibus. Is em̄ porphirio ſuccedens q̄ poſt flauianū fuerat ordinatus multa reliq̄t monimēta clementie. Flauianus equidē ſapiētie ſubtilitate florebat. Porro ſacratiſſimus alexander conuerſatione ſummoq̄ phie eloquio ⁊ plurimis bonorum beneficijs habundabat. Is nāq̄ etiā partē euſtachij quam dudū paulinus flectere nō potuit nec poſt illū euagrius p̄cibus vſus cetero corpori copulauit: egitq̄ feſtiuitatem qua ſilem nemo potuit aliq̄n videre. Nā dū oēs fideles ſumpſiſſet ſacerdotes ſimul ⁊ populos venit ad locū vbi euſtachiani ꝯgregabanť. Simulq̄ pſallentes ⁊ vnū canticū ſub quadā ꝯgruētia p̄dicātes: a porta vltima ciuitatis vſq̄ ad maiorē eccleſiā totā plateā cōpleuit hominibus ⁊ oſtēdit riuū rōnalem ⁊ ad inſtar fluminis decurrētis. Hec iudei videntes ⁊ arriani/⁊ parue reliquie paganorum ingemuerūt/cōſiderātes alios fluuios: in mare eccleſie ꝯcurrentes. Is ergo pontifex ioannis magni vocabulū in eccleſiaſticis dipthichis primus inſeruit.

¶ Capitulum.xxvj.

Huius doctoris reliquie ſequenti tpe in regiā deuecte ſunt ciuitatē. Rurſus fideliſſimus pp̄lus p pelagus quaſi p terram currēs vndas boſtorum lampadibus ⁊ cereis obuolauit. Hunc ergo theſaurū illi ciuitati recondidit imperator Qui ſui aui ⁊ vocabulū ſortitus eſt ⁊ pietatem ſeruat inuiolabilem. Is in eius loculo defigens oculos atq̄ frontē pro archadio ⁊ eudoxia genitoribus ſupplicauit vt ignoranter delinquētibus veniā cōdonaret. Dudū em̄ mortui ſunt eius parentes hūc orphanū relinquētes. Sꝫ patrū ⁊ ꝓgenitorum deus experimenta pupilli eum ſentire nō ꝓtulit. Nā ⁊ pie nutriri fecit ⁊ ſine ꝯcuſſionis metu cuſtodiuit eius imperiū: atq̄ tyrānorum ꝯſilia refrenauit.

¶ Capitulum.xxvij. A

Is enim beneficiorum ſemp memor honorabat bñficij largitorē habebatq̄ participes hymnorū ſorores ſeruātes ꝯuerſatione ꝟginitatē ⁊ epulas maximas iudicātes: ſacrorum meditationes eloquiorum theſaurū mandibilem eſtimātes manus egentiū. Verum ipſe princeps multis p̄conijs adornať maxime vo clemētia: māſuetudine: animi trāquillitate nūq̄ recipiēs tempeſtatē fide vera atq̄ ꝓbabili. Cui⁹ iudiciū nos cōuenit oſtēdere manifeſtū. Quidā vir cōuerſatione quidē monachi B ca: ſed aſperior ꝯſilio. adijt imperatorē ꝓ aliqua cā rogans. Cū hoc crebro feciſſet nec ea ꝓ quibus poſtulauerat impetraſſet. eū ab eccleſiaſtica cōione ꝓhibuit ⁊ poſita eius obligatiōe diſceſſit. Verum fideliſſim⁹ imperator ad palatiū reuerſus tpe prandij aſtātib⁹ prāſorib⁹ ait: nō ſe ſumpturum cibū niſi pri⁹ eius cingulū ſolueret. Ob quā rē miſit ad ciuitatis epm̄ rogās vt iuberet ei q̄ ligauerat q̄tin⁹ ei⁹ vincula ſolueret. Cūq̄ dixiſſet eps non debere a quolibet obligationē recipe: ⁊ mādaſſet qꝫ ſolut⁹ eſſet: ille tñ eius nō ſuſcepit ſolutionē donec q̄ ligauerat multo labore requiſitus et cōionem quā ꝓhibuerat reddi diſſet Idolorum igiť templa que fuerant derelicta a fundamentis euelli fecit: vt poſteri neq̄ veſtigium erroris priſtini reperirent. Hunc enim C ſenſum etiam in ſua lege conſcripſit. Quando igitur roylas dux ſcythie tranſiuit hiſtrum: et cum innumero exercitu vehementer thracias populatus eſt ipſamq̄ regiam ciuitatē obſidere ſe et ſubuertere minabatur: ſupernis iaculis atq̄ fulminibus eum maieſtas diuina percutiens: ⁊ ipſum ⁊ oēm ſimul ꝯcremauit exercitū.

¶ Capitulum.xxviij. A

TAlealiquida
dño eius ꝯſolatore ēt par
co ꝑlio geſtū eſt. Nā cū il
li romanos vacare cogno=
uiſſent ⁊ ciuitates in cōfi=
nio ꝯſtitutas debellarent: paciſcꝫ pacta
trāſcenderēt: vaſtatis finibus nemo fere
bat auxiliū. Imꝑator nāqꝫ de pace preſu
mens duces ⁊ milites ad alia bella dire
xerat. Tūc ergo ymbre vehemētiſſimo et
grādine depoſita/vlterius eos deus ac=
cedere nō ꝑmiſit eorūqꝫ ligauit curſum
ita vt viginti diebus totidem ambulare
ſtadia non valerent. Duces ṽo veniētes
⁊ ꝯgregantes exercitū primo bello obſi=
dentes vrbē imꝑatoris vocabulo noiataꝫ
reprobi ſunt inuēti. Cū B em̄ plus ꝙ̄
triginta diebus gororanus rex ꝑ̄dictam
obſideret vndiqꝫ ciuitatē ⁊ multa machi
namenta ꝯſtrueret ⁊ turres ꝯ̄ muros ci=
uitatis excelſas edificaret/ ſolus euno=
mius ſacratiſſimus eius ciuitatis ep̄s re
ſtitit/⁊ impetum moliminis eoꝝ machi
naſqꝫ deſtruxit. Et lꝫ duces noſtri hoſti=
bus bellando ceſſiſſent ⁊ obſeſſi ciues re
ſiſtere nō auderent: iſte ſolus pugnando
ſine vaſtatione reddidit ciuitatē. Unus
itaqꝫ partis hoſtilis vir dū cōſuete blaſ=
phemaret et rapſacis atqꝫ ſennacherib
verba ꝓfunderet: ⁊ cū veſania minaretur
ſacrum ſe concrematurum templum: ille
vir ſanctiſſimus non ferens huius inſa=
niam: iuſſit arcu baliſtam poni iuxta ꝓ=
pugnaculum quod apoſtoli thome vide=
batur habere vocabulum: et maximo in
eo lapide coaptato in nomine inquit eiꝰ
qui eſt blaſphematus: lapidem tenſo ar=
cu dimitte. Tunc lapis dimiſſus veniēs
vſqꝫ ad faciem nephandiſſime blaſphe=
mantis: vultum eius valde corrupit ca=
put contriuit: cerebrumqꝫ in terra diſper
ſit. Hoc cum dux exercitus cognouiſſet ꝙ
ſe ciuitatem capturum eſſe minabatur
ſiluit: et rebus ipſis victum ſe eſſe profeſ
ſus eſt et metuens queſiuit pacem. Sic
ergo rex omnium fideliſſimum hunc ꝑn=
cipem conſeruauit: cum iſte ſeruitutem
profiteatur et competens offerat domi=
no miniſterium.

¶ Capitulum. xxix.

INter hec innō
centio mirabili romane vrbis
antiſtiti ſucceſſit bonifacius:
bonifacio zozimus: zozimo ce
leſtinus: hieroſolymis ṽo poſt ioannem
praylius ſuſcepit eccleſie preſulatū. Uerꝫ
in anthiochia poſt ſacrū alexandrinorū
theodorꝰ caſtitatis ſpeculū eccleſie pon=
tifex ordinat: māſuetudine: ⁊ pietate con
uerſationis ornatus. Is em̄ cohortē ap=
pollinaris ſacris ouibus miſcuit: rogās
eos vt vnirent ouilibus. Ea ſiquidē tem
peſtate diſgerdis perſaꝝ rex ꝯ̄ eccleſias
hmōi cā bella cōmouit. ¶ Capi. xxx.

ABdas quidā
erat ep̄s plurimis ṽtutibꝰ
adornatus. Is nō medio=
criter vſus zelo diuino py=
ri. i. focos coꝝ ſeu veſtam
deſtruxit. Pyria nāqꝫ pagani vocāt tēpla
in quibꝰ ignē ſeruāt deū enim arbitrant
ignem. Hoc dū rex cognouiſſet a magis
euocauit abdā. Et primo quidē māſuete
culpauit factū ꝑ̄cipiens vt pyrion rurſus
edificaret. Illo reſiſtēte ⁊ hoc nequaꝙ̄ fa
cere ꝯfirmante: vniuerſas ſe deſtructurū
interminat eccleſias: cuius iterminatio=
nem terminus ſubſecutus eſt. Nā prius
illū virū occidi ꝑ̄cipiēs deſtrui quoqꝫ ec=
cleſias imꝑauit. Ego ſiquidē deſtructio
nem veſte non reor oportune commiſſaꝫ
neqꝫ enim ſanctus apoſtolus dum veniſ
ſet athenas et ciuitatem repletam ydo=
lis conſpexiſſet: aras ab illis honoratas
deſtruxit: ſed ratione ignorantiam redar
guit: et veritatis iura monſtrauit. Quia
vero deſtructum templum reedificare
noluit: ſed neceꝫ magis elegit nimis am
miror et plurimis eum honorandum co=
ronis exiſtimo. Tale eſt enim ignē ado=
rare quale eius edificare templum. Hūc
ergo ſumens tempeſtas initium ſeuiſſi=
me atqꝫ ferociter circa pietatis alumnos
intumuit: et triginta iugiter annis flu=
ctuatio dura permanſit a magis veluti
quibuſdam procellis agitata. Magos
enim appellant perſe eos qui elementa
deificant. Quorum fabulas in alia con=
ſcriptione monſtrauimus in qua honoꝝ
interrogatiōibꝰ

interrogationib⁹ dignas ſolutiones ob-
tulimus. Sozoranis itaq; fili⁹ diſgerdis
poſt patris mortem cū imperio etiā ꝯtra
chriſtianā pietatē bella ſuſcepit. Quas
enim tormentorū ſpecies & ſuppliciorum
adinuētiones pijs intulerit nō eſt facile
nunc narrare. Aliorū nāq; man⁹ excoria
uerunt: aliorū dorſa: aliorū capita a fron
te inchoantes vſq; ad ceruices nuda cu-
te reliquerūt. Alios ſectis per mediū ca-
lamis: nudos opientes ipſas ſectiōes ca
lamorū carnib⁹ aptātes a capite vſq; ad
pedes funib⁹ ſtringētes: poſtea calamos
ex eorū mēbris violēter trahebāt vt acu-
te ſectiōes calamorū dū trahebant eorū
carnes ſecarēt: & tormento amariſſimos
dolores inferrent. Deinde fodientes la-
cus & eos vndiq; obturantes ſoricū ma-
iorum greges in eis miſerunt eiſq; pabu
lum athletas dederūt impie ligātes ma
nus eorū & pedes ne poſſent a ſe beſtias
remouere. Sed & alia tormēta ſeueriora
nimis exercuerunt: habentes doctorē ve
ritatis inimicū: ſed nō potuerunt athle-
tarum deuincere fortitudinē. Spōte nā-
q; currebāt vt occaſiōe hui⁹ mortis incor
ruptibilis vite dona perciperēt. Duorū
tamē aut triū memorabor: vt ꝑ hos reli-
quorū fortitudo monſtretur.

Capitulum.xxxi.

Ormiſda qui-
dam valde nobilis apd̄ per
ſas erat qui patrē prefectuz
habuerat. Hūc dū rex agno
uiſſet eſſe chriſtianū deduci fecit & impe
rauit vt ſalutarē negaret deum. At ille:
nec iuſtū inquit nec vtile precipis impe
rator. Nā qui docetur vt deum omniū fa
cile contemnat ac neget: facillime quoq;
ſpernit imperatorē cū & ipſe ſit particeps
nature mortalis: & ſi ſummo ſupplicio di
gnus eſt qui tua ſceptra cōtempſerit im-
perator: multiplicibus tormentis ſubdē
dus eſt qui cunctorum negauerit creato
rem. At imperator cum debuiſſet mirari
prudentiam fortiſſimuz diuitijs et digni
tate nudauit athletam. iuſſitq; vt nudus
traheret camelos exercitus. Cūq; pluri
mi tranſiſſent dies: reſpiciens de ſupe-
rioribus imperator vidit iſtum eminen-
tiſſimum virū ſolis radijs inflammatū
& pulueris ſqualore completum: patrieq;
nobilitatis memor: eū ad ſe iuſſit addu
ci & ex lineis veſtibus opiri. Deinde pu-
tans q: tā precedenti afflictione ꝙ eius
miſeratione molliretur: vel nunc inquit
illa obſtinatione priuatus nega filiū ſa-
bri. At ille dei zelo cōpletus diſrupit ve
ſtem & iactauit dicens. Si propter hoc
me putas a pietate recedere: habe domū
cum impietate quam poſſides. Hanc ei⁹
fortitudinem contempiatus: nudum eū
a ſuo ꝓiecit imperio. ¶Cap.xxxij.

Ain quoq; mili-
te famulorum dominū reſiſten
tem ſibimet negare creatorem
omniū non ferentem requirens quis ſer
uorū eius eſſet ſeuiſſim⁹ ei aliorū ſeruorū
tradidit dominatum. Cui etiam ipſum
quoq; dominum ſeruire precepit: ſimul
& eius vxorem per hoc putans ꝓpugna-
torē ſe flectere veritatis. Sed ſpe ſua de
ceptus eſt: habebat enim ille domū in pe
tra cōſtructā.

¶Capitulum.xxxiij.

Eniamin etiā
dyaconū comprehendēs clau-
ſit in carcerē. Cumq; duo tran
ſiſſent anni ſupuenit legatari⁹
romanorū ꝓ alijs cauſis actur⁹. Et dum
hec agnouiſſet poſtulauit a rege vt dimit
teretur dyaconus. Porro rex iuſſit vt pro
mitteret beniamin: quia nulli magorum
doctrinā chriſtianorū ꝑdicare ꝑſumeret
& dimitteretur exire. Tunc legata rius q̄
dem cuſtodire beniamin que rex precepe
rat compromiſit. Beniamin autē audiēs
monita legatarij impoſſibile eſt inquit
non me participare lumē alijs qđ ipſe ꝑ-
cepi. Quāto eñ ſupplicio dignus ſit qui
talentum abſcōdit ſacra euāgelioꝝ teſta
tur hyſtoria. Sed rex horū tūc nihil agno
ſcens iuſſit eum abſolui a vinculis. At il
le predicare nullatenus quieſcebat. & ca-
piens eos qui ignorantie caligine tene-
bant: intelligibili luci iugiter offerebat.
Cumq; tranſiſſet annus regi geſta illius
nuntiantur. Tunc deductum ad ſe nega
re iuſſit quem adorabat deum verum. Il
le requiſiuit a rege dicens: quo dignus

honore eſt qui ſuum derelinquēs regnū: inuadere ſtuduerit alienū? Cūq dixiſſet rex: morte nouiſſimoq ſupplicio: ſapiētiſſim⁹ vir ille reſpōdit. Quid ergo nō iuſte patiat homo q factorem mundiq creatorem nutritorem ac ſaluatorē deſerens: vnū conſeruorū ſuorū deificare voluerit ꝛ debitum illi cultū iſti magis obtulerit? His ſermonibus rex accenſus: viginti calamos acui: ꝛ totidem vnguibus digitorum eius manuū atq pedum precepit infigi. Cumq hoc ſuppliciū ab eo derideri conſpiceret: aliū rurſus calamū acutum in ei⁹ femore vnde humana origo deſcendit iuſſit immitti. Cūq crebro eijceretur et rurſus induceretur: ineffabiles ei dolores operabantur. Poſt hoc vero ſupplicium impius atq ferox virgā groſſam ſpinis vndiq plenam: per eius meatum iuſſit induci: ꝛ hoc modo ſpiritū fortiſſimus decertator emiſit. Sed ꝛ alia multa ab illis impijs ſunt pſumpta. Nec tamē mirandū eſt/ quia illorū ferocitatē ꝛ impietatem longanimiter deus omniū patiatur quādo ante imperium maximi Conſtantini quicunq fuerunt romanorum imperatores contra veritatis miniſtros vehementer inſanierunt. Diocletianus namq paſſionis B ſalutaris die in omni imperio romanorū deſtruxit eccleſias: ſed nouem tranſactis annis iſti quidem denuo floruerunt ꝛ multiplicē magnitudinē ſuſceperunt. Ille vero poſt rabiem ſue impietatis extinctus eſt. Nam ꝛ bella huiuſmodi futura dominus predixit: ꝛ eccleſie victoriā predicauit. Nos tū ipſe quoq res edocent: q plus nobis vtilia ſunt bella q̄ pax: q pax delicatos nos remiſſos facit ꝛ timidos. Porro bellum et mentem acuit et preſentia quaſi tranſeuntia contemnere perſuadet. Sed et hec quidem: et in alio opere crebrius enarrauimus.

¶Capitulum.xxxiiij.

Illo quoq tēpore quo ſacratiſſimus theodotus anthiochenā regebat eccleſiam theodor⁹ mopſueſtie quidem epiſcopus: ſed totius doctor eccleſie: dū contra vniuerſam cohortem hereticorum fortiter dimicaſſet terminū vite fortitus eſt. Is diodori quidem magni doctrina potitus eſt. Joānis vero ſacratiſſimi fuit ſoci⁹ atq cooperator. Cōmuniter em̄ diodori pocula ſpiritualia ſunt adepti: qui ſex ꝛ triginta annis manſit in pſulatu: ꝛ ptra arrij eunomijq acies fortiſſime preliatus eſt: inſidiaſq latronis apollinarij extinxit: optimaq paſcua diuinis ouibus preparauit. Cui⁹ frater Policrinius apamenam rexit eccleſiam ꝛ gratia ſermonis/ ꝛ claritate conuerſationis ornatus.

¶Socrates. ¶Capitulum.xxxv.

Non multo poſt tempore q̄ ioannes defunctus eſt morit̄ ꝛ archadius imperator vir mitis ꝛ quietus: ꝛ circa finē vite ꝑ huiuſmodi cauſa venerabilis eſtimatur. In vrbe conſtantinopolim domus eſt maxima habēs cognomen carie id eſt nucis. Eſt em̄ in eius dom⁹ veſtibulo arbor nucis in qua ſermo eſt: eo q fuerit appenſus marty: Acatius et defunctus. Ob quam rem etiam oratorium illic eſt edificatum. Hinc Archadius videre volens ad orationem venit votoq completo reuertebatur. Proinde cuncti circa oratorium habitātes volentes imperatorem videre currebant: ꝛ alij quidem foras domum preceſſerant: vt melius aſpectum principis et ordinem viderent obſequij. alij vero ſequebantur. Dumq omnes cū mulieribus atq filijs ſimulq mācipijs extra domū fuiſſent egreſſi repente maxima domus oratorio coherēs ſubito tota corruit: clamorq cū ammiratione ſecutus eſt: quoniam oratio principis tantos a ruine imminentis periculo liberauit. Archadius itaq relicto annorum octo filio Theodoſio de quo iam plura ſunt narrata defunctus eſt: conſulatu Baſſi ꝛ Philippi prima die Maij menſis: anno ſecundo ducenteſime nonageſime ſeptime olimpiadis. Is ergo cum patre quidem Theodoſio tredecim regnauit annis: poſt mortem vero patris quatuordecim: vixit annis triginta ꝛ vno.

¶Explicit liber decimus.

¶Incipiunt tituli libri xi.

i Quia theodoſij minoris imperium prefectus regebat anthemius.
ij De attico epo eiuſq; moribus.
iij De theodoſio epiſcopo ſynnade et quemadmodum illic macedoniani conuerſi ſunt.
iiij Quomodo iudeus paraliticus ꝑ baptiſma ſit curatus.
v De ſabbatio hereſiarcha eiuſq; ſequacibus.
vj De morte theodorici arrianoruz epiſcopi ⁊ ordinatione barbas ⁊ que ſub eo ſint geſta.
vij De ordinatione cirilli alexādrini pontificis.
viij Quomodo apud perſas per maritham epiſcopum ſit chriſtianitas dilatata.
ix Quemadmodum ytaliam vaſtarit alaricus.
x De celeſtino romano pontifice ⁊ quomodo nouatianos fuerit inſecutus:⁊ de ſabbato.
xj De ſeductione ⁊ necib⁹ chriſtianorum que per iudeos alexandriam prouenerunt.
xij De hipatia philoſopha quomodo in alexādria fuerit interempta.
xiij Quomodo iudei preſumptionis ſue penas exoluerint.
xiiij De iudeo qui dum ſepe baptizaretur aqua fontis abſceſſit.
xv Quomodo diſgerdus rex perſarum chriſtianos fuerit perſecutus ⁊ a romanis euictus.
xvj Quomodo acacius epſ amide captiuos perſaruz redemit a romanis militibus venditis vaſis eccleſie ⁊ paſtos cum ſumptibus ad propria deſtinauit.
xvij De eudoxia vxore theodoſij ⁊ de laudibus ipſius theodoſij.
xviij Quomodo Joannes tyrānus in occidente fuerit ſuperatus.

Incipit liber vndecimus.

Socrates.

Capitulum primum.

Sit archa dio imperatore defuncto:honorius quidam ei⁹ frater regebat heſperitas:oriētales aūt prouincie ſub ditione manebāt theodoſij minoris:cuz eſſet annorum octo:anthemio prefecto omnia diſponente. Erat eñ iſte nepos philippi q̇ paulū epm ſub cōſtātio ab eccleſia expulerat:⁊ macedonium introduxerat. Is eñ muro maximo vrbē cōſtantinopolim circūdedit. Qui vir ſapiētiſſimus inter illius temporis homines:⁊ putabatur ⁊ erat ⁊ nihil incōſulte faciebat:ſed cū multorū cōcilio que erāt agēda tractabāt ⁊ maxime ſophiſte troilo ſe credebat.

Capitulū ſecūdū.

Mperatore igitur octo annos agente: tertium annum atticus habebat epiſcopatum vir clarus ⁊ eruditus venerabilis atq; prudens. Unde etiam eccleſias ſub eo magnum ſumere contigit incrementum. Non enim ſolis proprie fidei ꝑſonis munificus erat:ſed etiā hereticis miraculū ſue ſapiētie demonſtrabat:quos fatigare q̇dē nolebat. Cū vero eos terrere tētaſſet:denuo manſuetudinē oſtēdebat. Et inter hec nō negligebat eloquiuz. Laborabat eñ circa veteruz lectiones noctibus eis incūbēs. Quapropter nō eū mouebāt philoſophice aut ſophiſtice lectiones. Erat eñ confabulātibus gratus:cū triſtibus meſtus et abſolute ſecūdū apoſtolū omnib⁹ oia factus eſt. Primo q̇dē cū preſbyter eſſet libros faciebat ⁊ meditatos corā eccleſia recitabat. Poſtea vero etiā fiduciā cū labore ſortitus ſub oculis doctrinā laudabilē ꝓferebat. Nō tamen tales erāt eius ſermones vt etiā ab auditorib⁹ ſcripture traderētur. Que vero eius tēporibus memoranda prouenerunt enarrabo.

Capitulum tertium.

In ſynnada pacatiane frigie ciuitate: theodoſi⁹ q̇dā erat epſ ⁊ macedōianos

honore eſt qui ſuum derelinquēs regnū: inuadere ſtuduerit alienuꝫ? Cūqꝫ dixiſſet rex: morte nouiſſimoqꝫ ſupplicio: ſapiētiſſim⁹ vir ille reſpōdit. Quid ergo nō iuſte patiať homo q̄ factorem mundiqꝫ creatorem nutritorem ac ſaluatorē deſerens: vnū conſeruorū ſuorū deificare voluerit ⁊ debitum illi cultū iſti magis obtulerit? His ſermonibus rex accenſus: viginti calamos acuit ⁊ totidem vnguibus digitorum eius manuuꝫ atqꝫ pedum precepit infigi. Cumqꝫ hoc ſuppliciuꝫ ab eo derideri conſpiceret: aliū rurſus calamū acutum in ei⁹ femore vnde humana origo deſcendit iuſſit immitti. Cūqꝫ crebro eijceretur et rurſus induceretur: ineffabiles ei dolores operabantur. Poſt hoc vero ſupplicium impius atqꝫ ferox virgaꝫ groſſam ſpinis vndiqꝫ plenam: per eius meatum iuſſit induci: ⁊ hoc modo ſpiritū fortiſſimus decertator emiſit. Sed ⁊ alia multa ab illis impijs ſunt p̄ſumpta. Nec tamē mirandū eſt/ quia illorū ferocitatē ⁊ impietatem longanimiter deus omnipotē patiatur quādo ante imperium maximi Conſtantini quicunqꝫ fuerunt romanorū imperatores contra veritatis miniſtros vehementer inſanierunt. Diocletianus namqꝫ paſſionis B ſalutaris die in omni imperio romanoruꝫ deſtruxit eccleſias: ſed nouem tranſactis annis iſti quidem denuo floruerunt ⁊ multipliceꝫ magnitudinē ſuſceperunt. Ille vero poſt rabiem ſue impietatis extinctus eſt. Nam ⁊ bella huiuſmodi futura dominus predixit: ⁊ eccleſie victoriā predicauit. Nos tñ ipſe quoqꝫ res edocent: q: plus nobis vtilia ſunt bella q̄ pax: q: pax delicatos nos remiſſos facit ⁊ timidos. Porro bellum et mentem acuit et preſentia quaſi tranſeuntia contemnere perſuadet. Sed et hec quidem: et in alio opere crebrius enarrauimus.

¶Capitulum.xxxiiij.

ILlo quoqꝫ tē/pore quo ſacratiſſimus theodotus anthiochenaꝫ regebat eccleſiam theodor⁹ mouipſueſcie quidem epiſcopus: ſed totius doctor eccleſie: dū contra vniuerſam cohortem hereticorum fortiter dimicaſſet terminū vite ſortitus eſt. Is diodori quidem magni doctrina potitus eſt. Ioānis vero ſacratiſſimi fuit ſoci⁹ atqꝫ cooperator. Cōmuniter em̄ diodori pocula ſpiritualia ſunt adepti: qui ſex ⁊ triginta annis manſit in p̄ſulatu ⁊ ꝯtra arrij eunomijqꝫ acies fortiſſime preliatus eſt: inſidiaſqꝫ latronis apollinarij extinxit: optimaqꝫ paſcua diuinis ouibus preparauit. Cui⁹ frater Policrinius apamenam rexit eccleſiam ⁊ gratia ſermonis/ ⁊ claritate conuerſationis ornatus.

¶Socrates. ¶Capitulum.xxxv.

NOn multo poſt tempore q̄ ioannes defunctus eſt moritur ⁊ archadius imperator vir mitis ⁊ quietus: ⁊ circa finē vite ꝓ huiuſmodi cauſa venerabilis eſtimatur. In vrbe conſtantinopolim domus eſt maxima habēs cognomen carte id eſt nucis. Eſt em̄ in eius, dom⁹ veſtibulo arbor nucis in qua ſermo eſt: eo q̄ fuerit appenſus martyr Acatius et defunctus. Ob quam rem etiam oratorium illic eſt edificatum. Hinc Archadius videre volens ad orationem venit votoqꝫ completo reuertebatur. Proinde cuncti circa oratorium habitātes volentes imperatorem videre currebant: ⁊ alij quidem foras domum preceſſerant: vt melius aſpectum principis et ordinem viderent obſequij. alijvero ſequebantur. Dumqꝫ omnes cū mulieribus atqꝫ filijs ſimulqꝫ mācipijs extra domū fuiſſent egreſſi repente maxima domus oratorio coherēs ſubito tota corruit: clamorqꝫ cū ammiratione ſecutus eſt: quoniam oratio principis tantos a ruine imminentis periculo liberauit. Archadius itaqꝫ relicto annorū octo filio Theodoſio de quo iam plura ſunt narrata defunctus eſt: conſulatu Baſſi ⁊ Philippi prima die Maij menſis: anno ſecundo ducenteſime nonageſime ſeptime olimpiadis. Is ergo cum patre quidem Theodoſio tredecim regnauit annis: poſt mortem vero patris quatuordecim: vixit annis triginta ⁊ vno.

¶Explicit liber decimus.

¶Incipiunt tituli libri.xi.

i Quia theodoſij minoris imperium prefectus regebat anthemius.
ij De attico epo eiuſq; moribus.
iij De theodoſio epiſcopo ſynnade et quemadmodum illic macedoniani conuerſi ſunt.
iiij Quomodo iudeus paraliticus per baptiſma ſit curatus.
v De ſabbatio hereſiarcha eiuſq; ſequacibus.
vi De morte theodorici arrianorum epiſcopi ⁊ ordinatione barbas ⁊ que ſub eo ſint geſta.
vij De ordinatione cirilli alexādrini pontificis.
viij Quomodo apud perſas per maruthan epiſcopum ſit chriſtianitas dilatata.
ix Quemadmodum ytaliam vaſtarit alaricus.
x De celeſtino romano pontifice ⁊ quomodo nouatianos fuerit inſecutus:⁊ de ſabbato.
xi De ſeductione ⁊ necib⁹ chriſtianorum que per iudeos alexandriam prouenerunt.
xij De hipatia philoſopha quomodo in alexādria fuerit interempta.
xiij Quomodo iudei preſumptionis ſue penas exoluerint.
xiiij De iudeo qui dum ſepe baptizaretur aqua fontis abſceſſit.
xv Quomodo diſgerdus rex perſarum chriſtianos fuerit perſecutus ⁊ a romanis euictus.
xvi Quomodo acacius eps amide captiuos perſarum redemit a romanis militibus venditis vaſis eccleſie ⁊ paſtos cum ſumptibus ad propria deſtinauit.
xvij De eudoxia vxore theodoſij ⁊ de laudibus ipſius theodoſij.
xviij Quomodo Joannes tyrānus in occidente fuerit ſuperatus.

¶Incipit liber vndecimus.

¶Socrates.

¶Capitulum primum.

POſt archa dio imperatore defuncto:honorius quidam ei⁹ frater regebat heſperitas:orientales aūt prouincie ſub ditione manebāt theodoſij minoris:cum eſſet annorum octo:anthemio prefecto omnia diſponente.Erat eñ iſte nepos philippi q̄ paulū epm ſub cōſtātio ab eccleſia expulerat:⁊ macedonium introduxerat.Js eñ muro maximo vrbē cōſtantinopolim circūdedit. Qui vir ſapientiſſimus inter illius temporis homines:⁊ putabatur ⁊ erat ⁊ nihil incōſulte faciebat:ſed cū multorū cōcilio que erāt agēda tractabāt ⁊ maxime ſophiſte troilo ſe credebat. ¶Capitulū ſecūdū.

IMperatore igitur octo annos agente: tertium annum atticus habebat epiſcopatum vir clarus ⁊ eruditus venerabilis atq; prudens. Unde etiam eccleſias ſub eo magnum ſumere contigit incrementum.Non enim ſolis proprie fidei pſonis munificus erat:ſed etiā hereticis miraculū ſue ſapiētie demonſtrabat:quos fatigare q̄dē nolebat. Cū vero eos terrere tētaſſet:denuo manſuetudinē oſtēdebat.Et inter hec nō negligebat eloquium.Laborabat eñ circa veterum lectiones noctibus eis incūbēs. Quapropter nō eū mouebāt philoſophice aut ſophiſtice lectiones.Erat eñ confabulātibus gratus:cū triſtibus meſtus et abſolute ſecūdū apoſtolū omnib⁹ oīa factus eſt.Primo q̄dē cū preſbyter eſſet libros faciebat ⁊ meditatos corā eccleſia recitabat.Poſtea vero etiā fiduciā cū labore ſortitus ſub oculis doctrinā laudabilē pferebat.Nō tamen tales erāt eius ſermones vt etiā ab auditorib⁹ ſcripture traderētur.Que vero eius tēporibus memoranda prouenerunt enarrabo.

¶Capitulum tertium.

IN ſynnada pacatiane frigie ciuitate: theodoſi⁹ q̄dā erat eps ⁊ macedōianos

cū illic plures eſſent inſequebatur ⁊ non
ſolum eos ciuitate ſed etiā ab agris ni-
mia crudelitate pellebat dū orthodoxo
rum eccleſia perſecutiones inferre nō ſo
leat. Quod ille nō zelo recte fidei/ſed ꝓ
pecuniarū amore faciebat. Contra vni-
uerſos tam clericos ꝗ̄ iudices ꝓuincia-
les armabat ⁊ precipue agapitum eorū
turbabat epiſcopum. Cumqꝫ iudices ꝓ-
uincie ad inferenda tormenta ſibi ſuffi-
cere nō putaret: cōſtantinopolim eſt ꝓ-
fectus vt prefectoruꝫ ſolatia mereretur.
Ibiqꝫ poſito theodoſio ꝓpter huiuſmo-
di cauſaꝫ agapitus macedonianorū epi
ſcopus ad meliorem ſe contulit partem.
Habitoqꝫ tractatu cum omni clero ⁊ euo
cans populuꝫ ſibimet ſubiacētem ſuaſit
eis vt cōſubſtātialitatis ſuſciperent fidē.
Hoc facto repente cum maxima multitu
dine magis cum omni vt ita dixerim ci-
uitate ad orthodoxoruꝫ eccleſias venit:
⁊ oratione facta: ſedē in qua theodoſius
preſidere ſolebat obtinuit. Tunc vniēs
populum ⁊ de cetero fidem conſubſtan-
tialitatis docens: eccleſiā tenuit ſynna-
denſem. His itaqꝫ geſtis non poſt multū
temporis theodoſius cum prefectiano-
rum venit auxilio. Et nihil ſciens horuꝫ
que fuerant geſta ad eccleſiam propera
uit. Ex qua ab omnibꝰ expulſus: rurſus
conſtantinopolim remeauit: ⁊ apud epi-
ſcopum atticum que fuerāt contra eum
geſta depoſuit: queadmodū irrationabi
liter epiſcopatu fuiſſet expulſus. Atticꝰ
autem cognoſcens vtilem cauſam eccle
ſie prouenīſſe: theodoſiū ꝗdeꝫ verbo con
ſolatus eſt vt patienter ferret preponēs
autē cauſis perſonalibus generalē vtili
tatē ſcripſit agapito vt teneret epatum
nihil de inimicitijs cogitaret theodoſij.

¶ Capitulum .iiij.

Hoc igitur vnū
eſt rerū vtiliū que attici tem-
poribus in eccleſia ꝓuenerūt
Sed neqꝫ miraculoruꝫ aut ſa
nitatū hijs defuit cauſa tēporibus. Qui-
dam naqꝫ iudeus cū paraliticꝰ eſſet: plu
rimis ānis in lecto iacebat. Cūqꝫ oīs me
dicina ei fuiſſet exhibita: ⁊ cūctorū iudeo
rum nichil orō preualeret nouiſſime ad
baptiſmatis chriſtiani gratiaꝫ confugit:
huic ſoli veritatis medicamini ſe cōmit-
tēs: hoc velociter epiſcopo attico nūtia-
tur. Quē catecuminū factū et ſpem chri-
ſti promittēs deportare eum lecto ꝑcepit
ad baptiſmū. Verū iudeus paraliticus:
baptiſmū vera fide ſuſcipiens cū de fon-
te fuiſſet leuatꝰ egritudine repēte priua
tus eſt: et de cetero ſanꝰ fuit. Hanc igitur
curā virtus chriſti etiā noſtris tēporibꝰ
demonſtrauit. Qua cauſa plurimi paga
norum credentes baptizati ſunt. Iudeos
aūt licet ſigna querētes: hec tamē nō pro
uocauerūt ad fidē. His ita apud chriſtia-
nos geſtis plurimi paruipēdentes in ſua
neqtia permāſerūt. Et nō ſolū iudei tan
tis prodigijs reſultabāt ſꝫ etiā ſequaces
eorū ſimilia ſapuiſſe conuicti ſunt.

¶ Capitulum quintum.

Sabbatiꝰ ita/
qꝫ cuius dudum fecimus
mentionē nolēs in ſuo or
dine manere pſbyteratus
deſiderabat epiſcopatum
Hiſdēqꝫ tpibꝰ receſſit ab eccleſia noua-
tianorꝫ occaſionē hñs quaſi ꝓpter obſer
uationē paſche iudaici. Faciebatqꝫ col-
lectas cōtra ſiſinnū ſuū epiſcopum in lo
co ciuitatis qui xerolofus appellatur in
archadij foro. Illic enim rem cōmiſit val
de periculoſam. Die naqꝫ feſtiuitatis in
euāgelica lectiōe vbi ſcriptū eſt erat eñ
paſcha iudeorū: verba que nuſꝗ̄ ſcripta
neqꝫ audita ſunt pſumpſit adijcere ideſt
maledictꝰ ꝙ preter azimas celebrauerit
paſcha. Hoc auditū ꝯcurrit in populū
et ſimplices decepti/nouatianorꝫ laicorꝫ
cōuenerūt ad illū Quod tamē maluꝫ nō
remāſit inultū: ſꝫ in finē peſſima eius fal
ſitas eſt conuerſa. Poſt paululū eñ dum
ad quādā feſtiuitatem multi cōcurrerēt
vt vigilias ſolite celebrarēt: formido ſu-
bito demonica irruit ſup eos quaſi ſiſin-
nius eorū epꝭ veniret cū maxima multi
tudine. Factaqꝫ turba ꝗ̄ppe nocte ⁊ in an
guſtie loco comperti ſemetipſos cōtriue
runt: ita vt vltra .lxx. homines moreren-
tur. Hoc factum plurimos a ſabbatiano
rum ſecta ꝓhibuit: quidā vero in eius ru
ſticitate manſerunt.

Capitulum.vj.

Eodē tēpoꝛe doꝛotheus arrianoꝛū pꝛeſul quē ab anthiochia conſtātinepolim tranſtulerūt cum centum decem ⁊ nouē vixiſſet annos defunctus eſt cōſulatu honoꝛij ſeptimo:⁊ theodoſij ſecundo: ſexta nouembꝛij menſis.poſt quem arriane ſuperſtitionis barbas oꝛdinatur epiſcop⁹. Sub hoc itaq; barba per duos pꝛeſbyteros eloquentiſſimos arrianoꝛuȝ religio floꝛuit:quoꝛum alter thimotheus/alter geoꝛgius dicebatur. Sed geoꝛgius doctrina helladica erudit⁹ erat:thimothe⁹ ſacris literis incumbebat. Et geoꝛgius quidem ſemper ariſtotelē ⁊ platonē habebat in manib⁹. Thimotheus oꝛigenē ita vt etiaȝ lingua hebꝛaica loqueretur. Thimotheus dudū pſaltirianoꝛum fuit hereſeoꝛū:geoꝛgiū barbas pꝛeſbyterum oꝛdinauit. Thimotheū itaq; egoipſe vidi ⁊ cognoui quēadmodū interrogātib⁹ erat reſpondere paratus/ſoluēs obſcuriſſimas queſtiōes q̄ in diuinis inueniūtur eloquijs teſtē vocās veraciſſimū oꝛigenē. Mihi tñ videt̄ mirabile quomodo tales viri in arrianoꝛū lege māſerūt quorū vnus quidē platonē ſemper habebat in manibus. Alter reſpirabat iugiter oꝛigenē dū nuſq; plato ſcbaȝ vel tertiā cauſam ſicut ipſe nominare ſolet initiū ſubſiſtētie aſſerat percepiſſe:⁊ oꝛigenes coeternum vbiq; fateatur filium patri. Qui licet in ſua ſententia māſerint:religionē tamē arrianā perduxerūt latēter ad meliora. Multas namq; arrij blaſphemias doctrinis pꝛopꝛijs expulerunt.

Capitulum.vij.

Interhec defuncto theophilo paſſione litargica cōſulatu honoꝛij nono:et theodoſij quinto: facta cōtētione ꝓpter epiſcopatū inter thimotheuȝ ⁊ cirillum die tertia moꝛtis theophili cyꝛillus oꝛdinat̄ ep̄s:⁊ maioꝛi faſtu q̄ȝ theophilus tenebat epiſcopatum. Qui mox epiſcopatus ſui pꝛincipio nouatianoꝛū claudēs eccleſias oīa vaſa eoꝛū ſacra percepit epiſcopuſq; eoꝝ theopōpū reb⁹ quas habebat oībus ſpoliauit.

Cap.viij.

Eo tempoꝛe apud perſas eſt chꝛiſtianitas dilatata. Inter romanos enim ⁊ perſas ſemper pꝛopter diuerſas cauſas mittūtur legationes. Tūc ergo caſus attulit:vt merutas meſopotamen⁹ epiſcopus cuius dudum meminimus:a romanoꝛum imperatoꝛe ad perſarum deſtinaretur regem. Qui multā reuerētiā apud maruthā inueniens eū decēter honoꝛabat ⁊ tāq̄ȝ diuinuȝ reſpiciebat virū. Hoc factū moꝛdebat magos metuētes ne regem chꝛiſtianū fieri ſuaderet. Nā cū doloꝛe capitis multo tēpoꝛe toꝛq̄retur:magis eum curare nō valētibus maruthas oꝛationibus fecit incolumē. Ob hanc ergo cauſam moliti ſunt quandam magi fallatiā. Et qm̄ per ſe ignē colunt cōſuetuitq; rex in quadā domo ignē ardentem perpetuo ſuppliciter adoꝛare:magi ſub terra hominē quendā abſcōdētes tēpoꝛe quo rex ſolebat oꝛare:⁊ eū talia clamare fecerunt. Mitte foꝛas regē:impie eñ regit:q: ſacerdotem chꝛiſtianoꝝ iudicat eſſe venerandū. Hec audiens diſgerdis perſarum rex:licet reuerētiā haberet:tñ maruthā abijcere cogitabat. Poꝛro maruthas vere deo venerabilis homo vacabat oꝛationibus per quas inuenit dolū magicis artibus fabꝛicatū. Ueniēſq; ad regē noli inq̄t illud rex:ſed ingreſſus dū audieris vocē fodi iube ⁊ doli cauſas inuenies. Nō eñ ignis loquitur:ſed hominū molimina huiuſmodi eſſe noſcuntur. Hoc dicto flexus eſt perſaruȝ rex. Et rurſus ingreſſus vbi ignis inextinguibilis ſeruabatur cuȝ audiſſet vocem iuſſit fodi locū. Tūc qui mittebat quaſi diuinā vocē inuētus arguitur. Iratus itaq; rex magoꝛū genus vſq; ad decimā iuſſit imminui poꝛtioneȝ. Hoc facto maruthe dixit vt tēpla q̄ vellet edificaret. Ex hoc apud perſas ſumpſit chꝛiſtianitas incremētum. Tunc igitur maruthas a perſis cōſtantinopolim remeauit. Et nō longo poſt tempoꝛe rurſuȝ deſtinatus eſt. Ite-

Nec magi machinabātur ne eū ſuſcipe-
ret rex. Fecerūtq fetorē quēdā in locum vnde rex tranſire ſolebat: ⁊ quaſi a chriſtianis factū fuerit derogabāt. Cūq rex ſuſpectos iam habens magos hoc cum ſtudio requiſiſſet denuo ab eis cōcinatū eſſe cognouit. Quāobrē plurimos eorū ſupplicijs tradidit. Marutham vero potiori honore coluit: ⁊ romanos valde dilexit. eorūq amplexatus eſt pacem. Qui pene chriſtianus fieri potuit dum aliud miraculū per maruthā ⁊ ablatā perſidis epm prouéniſſet. Ambo nāq moleſtū demone a regis filio ꝓtulerūt orationibus vacātes atq ieiunijs. Poſt hec alijs diſgerde defuncto anteq fieret xpianus ad eius filiū peruenit imperiū. Cuius tempore inter perſas atq romanos pacta ſoluta ſunt.

¶ Capitulum. ix.

PEridem tempus innocētius primus rome nouatianos ꝓſequi cepit multaſq eorū tulit eccleſias. Quo tēpore roma eſt a barbaris depredata. Alaricus em quidā barbarus ditioni romanorum/ ⁊ theodoſio impatori ſubiectus: atq ɔtra eugeniū tyrānū ſolatia pbēs: ⁊ ꝓpterea romanis dignitatib⁹ honorat⁹: felicitatē ſuā nō ferēs imperare qdē nō elegit: ſed diſcedēs ab vrbe cōſtātinopolitana venit ad partes heſperias. Cūq veniſſet illiricū oīa ſubuertebat: ⁊ trāſiēs theſſaliam habita cōgreſſione circa fluuiū pinū apd nicopolim epyri/ pene tria milia viros eius theſſalij peremerūt. Poſt hec autē quicquid eis incurreret deſtruētes nouiſſime rome venerūt. Quā vaſtātes plurima quidē miraculorū eius igne cō cremauerūt pecunias autē abripuerunt multoſq ſenatorij ordinis diuerſis ſubdidere ſupplicijs. Deridēteſq romanorū regnū imperatorē fecerūt quēdā nomine attallū: quē vna die tāq imperatorem fecerūt procedere altera vero ſerui ſchemate miniſtrare. Hec dū egiſſet alaricus in fugam repēte cōuerſus eſt: fama procedēte q theodoſius imperator contra eum miſiſſet exercitū q fama nō fuit ficta ſed vera: namq exercitus veniebat.

Fertur itaq q cū alaricus pergeret romā vir quidā venerabilis cōuerſatione monachus eum monuiſſet: vt mala talia facere nō auderet: neq necibus gauderet aut ſanguine. At ille. Nō inquit ego volēs romā ꝓficiſcor: ſed quidā quotidie mihi moleſtus eſt torquēs ⁊ dicēs. Perge ⁊ romā deſtrue ciuitatē. Hec etiā de de his dicta ſufficiant.

¶ Capitulum. x.

INter hec celeſtinus rome ordinatur epiſcopus: q etiā nouacianorū abſtraxit eccleſias ⁊ eorū epiſcopū nole ruſticulū i occulto coegit celebrare collectas: vſq ad illud nāq tempus plurimas nouaciani habebāt eccleſias. Porro cōſtantinopolitani nō talia pertulerunt: ſed cū eos diligerent etiā intra vrbem eos collectas facere permiſerunt. Moriēte vero ſiſinnio nouacianorū epiſcopo criſantus ad epiſcopatū trahebatur: vir multis romanorū dignitatibus honoratus. Quo fugiēte ſabbatius ſe tēpus oportunū ad epiſcopatū inueniſſe credēs/ fecit quoſdā ignobiles ſibi manus imponere iuſiurādūq quod prebuerat paruipendēs. Cuius mores cum populus abhorruiſſet: chriſantū per loca omnia requirebāt. Quē inuenientes in bithinia inuitū ſacerdotiū ſuſcipere coegerūt. Qui nihil percipiebat eccleſie niſi dñico die duos panes.

¶ Capitulū. xj.

EA ſiquidē tēpeſtate iudeorū gens ab alexandria eſt huiuſmodi cauſa proiecta. Alexādrinorū populus pluſq alie generationes ſeditionibus deditus eſt q ſi occaſionē acceperit importabilia mala cōmittit. Nam preter ſanguinem non ceſſat a lite. Cōtigit itaq tūc vt inter alterutros cōtentiones haberēt: nō ꝓpter neceſſariā cauſam: ſed ꝓpter ſtudiū pātomimorū: q enim is qui die ſabbatorū ſaltabat plurimū habebat populum iudeorum dū vacantes nō auditioni legis ſꝫ theatris occuparent: ea dies litigioſa

extitit inter partes.Cũq̃ hoc aliquatenꝰ
fuiſſet ab alexãdrie prefecto correctum:
nihilominus manſere iudei.Et cũ eſſent
ſemper chriſtianis infenſi cõtra pãtomi
mos, eorũ amplius dimicabant. Tunc
igitur oreſtes prefectus alexandrie feſti
uitatem quandam quam policiã vocãt/
in theathro celebrabat vbi ⁊ aderãt qui
dam armatorũ cirilli:diſpoſitiones pre
fecti volẽtes agnoſcere. Inter quos q̃dã
nomine gerax ductor puerilium literarũ:
et cirilli ferventiſſimus vehementer au
ditor:ac ſollicitus plauſus in eius expo-
ſitionibus excitare,hũc itaq̃ geracẽ cum
vidiſſet in theatro iudeorum turba cla-
mabat aduerſus eum quia pro nihilove
nerit niſi vt in theatro ſeditiones inter
populos excitaret.Uerum horreſtis du-
dũ habens odium cõtra cirilli ſuperbiã
arreptum geracem publice fecit in thea
tro agitari verberibꝰ. Hoc cirillus agno
ſcens:cõuocatis prioribus iudeorum(vt
decebat ammonuit)ne cõtra chriſtianos
ſeditiões excitarent.Porro turba iudeo
rũ hoc paruipendens maiora cõtra chri
ſtianos tractauere molimina.Dãtes ita
q̃ ſibimet ſignum vt anulũ factũ ex pal
ma omnes haberent in digito cõtra chri
ſtianos hoc modo dimicauerũt.Fecerũt
eñ quoſdã de ſuis vna nocte per omnes
ciuitatis diſcurrere regiones clamantes
quoniam alexandrina arderet eccleſia.
Ob quam rẽ chriſtiani vndiq̃ concurre-
bãt/quaſi eccleſie flammas extinguerẽt.
Porro iudei ignorantes interimebant:ſe
metipſos per ſignũ annuli cognoſcentes
ac parcentes alterutris. Facto autẽ die
latere nequiuerunt.Ob hãc rem permo-
tus cirillus cũ maxima multitudine ſy-
nagogis aſtitit iudeorum:et illas quidẽ
abſtulit iudeos autẽ expulit ciuitate eo
rumq̃ ſubſtantiam diripere populis im
perauit.Hoc ergo modo iudei a tempo-
ribus alexandri macedonis illam habi-
tãtes vrbem: tunc nudi prorſus expulſi
ſunt ⁊ per ſingula loca diſperſi.Adamã-
chius vero medicine ſophiſta cõſtanti-
nopolim veniens chriſtianum ſe fore pro
mittens.poſtea reuerſus in alexãdriam
eſt.Igit̃ alexandrie prefectus horreſtes
valde contriſtabatur eo q̃ populoſam
vrbem ita deſolatã repente conſpiceret.
Unde etiã principi retulit quod proue-
nit.Sed et cirillus delicta iudeorũ im-
peratori nõ tacuit:⁊ horreſtis amicitias
cogente populo poſtulauit.Cunq̃ prefe
ctus amicitiarũ verba refutaret euange
lia obtulit ei cirillus.Et dũ neq̃ ſic eius
corda ſubigerentur:hec denuo prouene-
runt.Monachorum quidam in monte,ni
tria cõſtituti fautores theophili ex illo
quo contra dioſcorum iniuſte fuerit coar
matus etiã pro cyrillo libẽter prelia ſu-
ſceperunt.Relicſq̃ monaſterijs viri pene
quingenti ⁊ venientes ad ciuitatem pro
cedentem in carpẽto prefectum immola
torẽ idolorũ paganũq̃ clamabãt.At ille
putans immiſſiõe cirilli factũ:clamare
cepit Chriſtianus ſum/et ab attico con-
ſtantinopolim baptiſatꝰ.Illis hec verba
deſpicientibus ammonius quidam eorũ
prefectũ petra ꝑcuſſit in capite.Qui repẽ
te completus eſt ſanguine et recedenti
bus officijs atq̃ lapidum impetũ decli
nãtibus cum paucis remanſit.Inter hec
populus concurrebat vt prefecti vindica
ret iniuriã.Detentũq̃ ammoniũ tãdiu
verberibꝰ caſtigauit donec traderet mor
ti.Non poſt multũ hec nuntiãtur impe-
ratori. Corpus autẽ ammonij ſumens
cirillus:in quadam eccl'ia ſepeliuit eiq̃
aliud nomẽ impoſuit vt non pro ſua cul-
pa:ſed pro chriſto mortuus crederetur.
Cui laudes quaſi martyribꝰ offerebat.
Sed q̃ vere nouerãt quia dignas ſuſcepe
rat ꝓ ſuo ſcelere penas:cirillũ valde cul-
pabãt.Sꝫ neq̃ in hoc ſolummõ cirilli et
horreſtis aduerſitas cõquieuit q̃ñ poſt
hec aliud eſt exortum.

¶ Capitulum.xiij.

ERat in alexãdria
quedã mulier hypacia nomine
filia theonis philoſophi: et in
tantũ erudita vt ſuper philoſophos eiꝰ
tpis emineret:et in platonicã ſcolã a plo
tino veniẽte:ſuſciperet ipſa ſucceſſionẽ
atq̃ oẽs philoſophicas lectiones expo-
neret.Quapropter oẽs currebãt ad eam
ꝓpter honeſtã doctrine fiduciã. Uenie-
bat,eñ etiã ad iudices,nec habebat vllã
verecũdiã apud iudicẽ ꝑmixta viris dũ

eā cuncti pro ſui caſtitate venerarentur.
Tunc ergo inuidia contra hanc feminā
eſt accēſa. Dum em̄ crebro pergeret ⁊ ad
horeſtem eccleſiaſticus populus motus
aduerſus eā eſt tāꝗ ipſa eū ab amicicijs
prohiberet epiſcopi. Quamobrē conſpi-
rantes viri acerrimo feruore pulſati quo
rum dux erat quidaꝫ petrus lector obſer
uauerunt mulierem ad propria remean
tem/eā de vehiculo deponētes ad eccle-
ſiam que vocatur ceſaris traxerunt/⁊ ve
ſtibus exutam lapidibus peremerunt.
Quam poſtea membratim dilacerantes
in loco qui dicitur cinarus igne concre-
mauerunt. Hec res non mediocrem liuo
rem cirillo et alexandrine concuſſit eccle
ſie. Aliene nāqꝫ ſunt a chriſtianis cedes
et pugne Hec igitur acta ſunt quarto an
no epiſcopatus cirili: conſulatu honorij
decimo: et theodoſij ſexto: menſe martio
ieiunijs exiſtentibus.

Capitulum. xiij.

P Oſt paucū vero
tempus iudei rurſus illicite cō
tra chriſtianos agētes/ puniti
ſunt in loco qui dicitur neſtar: poſito in-
ter calcidem ⁊ anciram ſyrie. Hec itaqꝫ
iudei conſueta quedam riſibilia celebrā
tes per ebrietateꝫ accenſi inter alia chri
ſtianis ipſiqꝫ chriſto derogare ceperunt
deludentes cruci ⁊ ſpem in eo qui eſt cru
cifixus habentibus. Comprehendentes
igitur infantulum chriſtianum alliga-
tū cruci ſuſpenderunt. Et primum quidē
deludebant et irridebant ei. Poſtea vero
correcti veſania ipſum infantulū verberi
bus peremerunt. Ob hoc ergo dira con-
greſſio inter eos atqꝫ chriſtianos exorta
eſt. Quod duꝫ principes agnouiſſent pro
uinciarum iudicibus mandatum eſt vt
huiuſmodi quererentur auctores et pu-
nirentur ⁊ hoc modo dignā vltioneꝫ ſue
nequitie receperūt.

Capitulū. xiiij.

C A ſiquidē tem
peſtate iudeus quidam ſe-
ductor: ficta chriſtianitate
crebro baptiſabatur et hac
arte pecunias congregabat. Cunqꝫ mul
tis hereſibus illuſiſſet arrianoꝝ atqꝫ ma
cedonianorū: poſtremo ad eccleſiā venit
orthodoxorū. Cui dum tempus ieiunio-
ruꝫ fuiſſet impoſitū/multiſqꝫ adhuc die
bus occuparetur cepit feſtinare vt quaſi
in feruēti ſtudio batiſmatis dona ꝑcipe
ret. Preparat̄ baptiſma ⁊ veſtigia cōgrua
baptiſmatis. Cūqꝫ fons fuiſſet impletus
deducit̄ iude⁹ ad baptizandū. Tūc dei q̄
dā inuiſibilis virt⁹ aquā diſparere prece
pit. Cūqꝫ preſentes nō cogitantes dei vir
tutem aquam per cuniculum proprium
defluxiſſe ſuſpicarentur diligēter vndiqꝫ
clauſum rurſus impleuerūt fontē. Et de
nuo deducto iudeo aqua diſparuit. Tūc
ſacerdos. Quid mali inquit feciſti homo
An certe neſciens baptiſma iam potitus
es? Ob hanc rem cum diuerſi concurre-
rent: quidā iudeus recognouit quem ba
ptiſatum ab attico epiſcopo ipſe ſuſcepe
rat. Et hoc modo illius fraus vniuerſis
apparuit.

Capitulum. xv. A

I Nterea defun-
cto diſgerdo rege perſarū: ei⁹
filius barabanis ei ſucceſſit.
Hic inſtigat⁹ a magis crude-
libus torquebat ſupplicijs xp̄ianos. Cuꝫ
qꝫ xp̄iani apud perſas opprimerētur con
fugiunt ad romanos eorū petentes auxi
lium. Quod atticus epiſcopus libenter
excipiens eoſqꝫ quantum erat poſſibile
fouens que geſta fuerant theodoſio nun
tiauit imperatori. Eo quoqꝫ tēpore etiā
alia cauſa prouenerat que romanos per
ſis faciebat infenſos. Quoniam perſe au
rifoſſores quos a romanis ad mercedeꝫ
acceperant reddere contemnebāt: ⁊ quia
onera negotiatorum romanorum violen
ter abſtulerant. Cum illa ergo ingratitu
dine etiam chriſtianoꝝ ad romanos con
fugientium eſt adiecta. Mox ergo perſa
rum rex legatos mittit repetēs fugiētes
Porro romani nequaꝗ ad ſe cōfugiētes
reddere voluerunt. non ſolum ſupplices
liberare ſtudentes ſed pro chriſtianitate
libēter omnia ſuſtinere. Quamobrem di
micare ꝗ perituros chriſtianos tradere
potius elegerunt. Solutis igit̄ propter
hoc pactis bellum crudele commiſſum
eſt. B De quo abſurdum nō eſt pau
ca narrare. Romanoꝝ igit̄ imꝑator miſit

exercitū:cui pꝛefuit militie magiſter ar=
daburus. Is em̄ pſicam regionē p arme
nie fines ingrediēs vnā ei⁹ prouinciam
azamenſem valde vaſtauit:cui cū pluri
mo exercitu narzeus dux parthoꝛū regi
occurrit. Factaq; cōgreſiōe deuictus eſt.
Quo facto cogitauit p mezopotamiā ro
manoꝛū prouinciā ſine cuſtodia cōſiſten
tem inuadere:et hoc modo de romanis
vlciſci. Sed romanoꝛū ducem narſei cōſi
lium latere nō potuit. Depꝛedat⁹ em̄ aza
zenam velociter regionem et ipſe meſo=
potamiam venit. Et iō narſeus licet mul
tum habuiſſet exercitum.romanoꝛū ter=
ras introire non potuit: ſed veniens ad
niſibin perſarum ciuitatem in confinio
cōſtitutā ardaburio mādauit vt diē ⁊ lo
cum ſtatueret pꝛelioꝛū/At ille venienti=
bus. Nuntiate inquit narſeo quia non
quando tu volueris romanoꝛum pugna=
bunt imperatoꝛes. Ueruz imperatoꝛ deo
ſoli ſpem belli committens deſtinauit ex
ercitū. Et qꝛ fideliter deo ſupplicās repē
te impetrauit auxilium hinc datur agno
ſci. Dū igit̃ conſtantino C polim p euē
tu belloꝛuz eſtuatio magna conſurgeret
angeli dei iter agentibus per bithiniam
ad vꝛbem conſtantinopolim ſe demōſtra
uerunt iubentes vt cōfiderent et oꝛarēt
et deo crederent quia romanos victoꝛia
ſequeretur:dicentes ſe mediatoꝛes belli
directos a deo. Hoc auditum nō ſoluz ci
uitatem ſed etiam milites confoꝛtauit.
Cūq; ad meſopotamiam bellū fuiſſet de
armenie regiōe trāſlatum: romani pſas
niſibi clauſos foꝛtiter obſidebāt:ligneas
turres facientes aduerſus:eos eaſq; con=
tra muros applicātes ⁊ plurimos de mu
ris cōtra ſe pugnantiū perimentes. D
Poꝛro bardebanis perſarum rex audiēs
azazenam regionez ab eis fuiſſe vaſtatā
⁊ eos qui in niſibi clauſi videbātur obſeſ
ſos:ſeipſum cum magno exercitu pꝛepa=
rauit occurrere. Miratuſq; romanoꝝ vir
tutē ſarracenoꝝ ſolatia poſtulauit. Quo
rū tūc erat rex alamundar⁹ vir foꝛtis et
pꝛeliatoꝛ q̄ dū multa milia ſarracenoꝛuz
haberet perſarū regi victoꝛiā pmittebat
ſeq; ei anthiochiā ſyꝛie traditurū ſed nō
cōtigit qđ putauit. De⁹ em̄ oīb⁹ ſarrace=
nis quendam irrationabilē metū latēter
iniecit:ita vt putarent ſibimet romanos
inſiſtere. Turbatiq; nec habētes quo fu=
gerēt in fluuiuz effratē ſemetipſos arma
ti pꝛoiciebant. vbi plus cētum milia viro
rū necati atq; cōſumpti ſunt. His ita pue
nientibus niſibin obſidētes cū audirent
perſarū regez plurimos elefantos addu
cere perterriti:cuncta quidem obſeſſio=
nis machinamenta concremauerūt ⁊ ad
ppꝛia loca reuerſi ſunt. Que vero cōgreſ
ſiones poſtea puenerunt. Et quō arro=
bindas alter romanoꝛum magiſter mili
tum foꝛtiſſimum perſarum monachum
interemit. Aut quō ardaburius ſeptē foꝛ
tiſſimos perſarum duces inſidijs captos
occidit. vel quomodo biacian⁹ alter dux
romanoꝛum reliquos ſarracenos extin=
xit pꝛetereundum eſt ne videar multum
a ppoſita relatiōe digreſſus E Que
tunc igitur gerebantur velociter impera
toꝛi theodoſio nuntiata ſunt. Quō autē
hec cito cognoſceret indicare non piget.
Inuenit quēdam virū animi habitu coꝛ
poꝛiſq; foꝛtiſſimum nomine palladiuz q̄
tanta velocitate veredos agebat:vt tri=
bus diebus perueniret ad terminos ro=
manoꝛum atq; perſarum ⁊ rurſus to idē
remearet ad conſtantinopolim ciuitatē.
Is enim etiam alios romani imperij ter
minos velociter tranſibat. De quo q̄daz
eloquentiſſimus ſic ait. Iſte vir cuz ſit la
ta romana reſpublica eam paruulaz ſua
velocitate demonſtrat. Quem etiam per
ſarum F rex ſepius ammiratus eſt.
Romanoꝛum igitur imperatoꝛ licet vide
ret aperte ſibi collatam a deo victoꝛiam
pueniſſe/tamē pacem non diſſimulauit
expetere/miſitq; helionem virum pꝛudē
tem ⁊ honoꝛatum vt cum perſis de pace
loqueretur. Qui dum veniſſet meſopota
miam vbi erant foſſata romanoꝛum mi=
ſit p pace petenda legatarium quendaz
maximum virum eloquentiſſimuz arda
burij militie magiſtri conſiliarium. Qui
pꝛo pace veniens ad perſarum regē miſ
ſum ſe non ab imperatoꝛe ſed a ducibus
aſſerebat dicens:quia hoc bellum p ſui
contemptu neq; perueniſſet ad pꝛincipē
Cumq; paratus eſſet vt legatarij verba
ſuſciperet:quia fame eius laboꝛabat ex=
ercitus:veniens numerus qui apud eos

immortalium appellatur(eſt enim decē
milia virorum valde fortiſſimorum)non
prius dixerunt pacem cum romanis eſſe
faciendam ꝙ ipſi eos ſine cuſtodia con=
ſtitutos inuaderēt. Quib⁹ verbis perſua
ſuꝫ eſt regi vt ſe a pace ſuſpēderet, Tūc le
gatariuꝫ quidem clauſum ſeruari fecit/
et miſit numerum immortalium dimica
re cōtra romanos. Qui ꝟ venientes in duas
acies diuiſi medios habuere romanos.
Porro romani vnā perſarum videntes
aciem contra eam ſe preparabant aliam
nō videbant q̄ paulatim acceſſit ad pu=
gnam. Cunqꝫ ergo iam congreſſio pene
eſſet in opere dei prouidentia ex quodā
colle exercitus alter apparuit romano=
rum cum duce ꝓcopio. Qui cum videret
ſocios in periculo inſtabat a dorſo perſa
rum. Tunc in medio cōcluſi qui circum=
dederāt primo romanos in momēto ab
eis extincti ſunt. Quo facto romani ad
alios qui erant in ſubſidijs poſiti cōcur=
rerunt/ eoſqꝫ fortiter iaculati ſunt. Sic
igitur qui immortales appellantur oēs
mortales apparuerunt penas exigente
chriſto de gente perſarū: eo ꝙ plurimos
eius famulos occidiſſent. Porro rex per=
ſarū infortunij ſui cauſam agnoſcens: ſi=
mulabat ſe neſcire quod geſtum eſt. Su=
ſcepitqꝫ legationem dicens legatario ro
manorum. Non bello cedens pacem am
plector ſed tibi preſtare volens: q꜡ omniū
romanorum te ſapientem eſſe cognoſco:
⁊ hoc modo bellum propter chriſtianos
exortum de parthorum regione ceſſauit.
Contigit enim conſulatu honorij tertio=
decimo ⁊ theodoſij decimo.

¶ Capitulum. xvi.

Tunc igit̃ aca
cium amide ciuitatis epi
ſcopum actus optim⁹ red
didit clariorē. Cū eñ ro=
mani milites captiuos ꝑ
ſarū de azazena regiōe vaſtata reddere
regi parthorum nullo modo vellent: ca=
ptiui fame cōſumebātur dū eſſent circa
ſeptē milia: qđ ꝑſaꝝ regē nō mediocriter
cōtriſtabat. Tūc igit̃ acaci⁹ cōuocās cle
ricos ſibi ſubiectos viri inq̄t fratres de⁹
nr̄ nec diſcis nec calicib⁹ op⁹ habet. Naꝫ
neqꝫ comedit neqꝫ bibit. Et q꜡ multa vaſa
aurea ⁊ argētea eccl'ia nr̄a ex oblatione
xp̄ianorū habet/ cōuenit ex his liberari
exercitū captiuoꝝ egētibuſqꝫ cibos offer
ri. Hec ⁊ his ſimilia cū dixiſſet/ conflauit
vaſa ⁊ militibus dedit pretiū captiuorū.
Quos dum recreaſſet cibis: datis ſumpti
bus ad regē propriū deſtinauit. Hoc mi=
rabile opus acacij perſarū rex magis ob
ſtupuit/ ⁊ q꜡ bello romani ⁊ beneficijs vi
ciſſent. Aiunt enim quia etiā deſiderium
habuerit perſarum rex vt videret acaciū
ſed hoc theodoſius prohibuerit impera
tor.

¶ Capitulum. xvij.

Victoria ſiqui
dem auxilio dei collata ro
mani plurimi pollētes elo
quijs: cōſcribebāt laudes
imperatoris. Cui⁹ vxor he
roico metro poemata multa ꝯfecit. Erat
eñ eloquēs filia leōcij ſophiſte athenien=
ſis a patre omnibus lectionib⁹ erudita. Quā
dū imperator ducturus eſſet, vxorē chri=
ſtianā atticus fecit epiſcop⁹: ⁊ in baptiſ=
mate cū pri⁹ vocaret̃ arthenais eudochie
nomē impoſuit. Multi ergo ſicuti dixi vo
lētes innoteſcere: alij ſuā facundiā demō
ſtrare preconia imperatoris conſcripſe=
rūt. Ego vero nec innoteſcere cupiens/
nec facundiā ſermonis oſtēdere cū veri=
tate iperatoris bona memorare ſtudeo
q꜡ ſint dānoſa ſi taceant̃. Primū itaqꝫ re=
galiter natus atqꝫ nutritus nihil habuit
tepidū ſed ſic fuit ſapiēs inter confabu=
lātes vt experimentuꝫ omniū crederetur
habere. Plerumqꝫ ieiunabat ⁊ maxime
quarta feria ⁊ ſexta ſtudio chriſtianita=
tis nec aliter ꝙ monaſteriū regalia vide
bant̃. Ipſe nāqꝫ matutino ad ſuas ſoro=
res ꝑgens diuinas dicebat laudes. Quā
obrē etiā ſacras literas ſine codice reci=
tabat. Loquētib⁹ ep̄is velut olim ſacer=
dos tact⁹ ex diuina lectiōe reſpōdebat.
Congregabatqꝫ ſacros codices et quoſ=
cūqꝫ q̄libet coꝝ interpretes ſeu expoſito
res cōſcripſiſſe videbant̃ pl⁹ ꝙ ptolome⁹
ſtuduerat filiadelfus. Patientia atqꝫ cle
mētia vniuerſis hoib⁹ eminebat. Nā iu
lianus imperator: licet philoſophus di=
ceret̃: non tamē anthiocenſium portauit

iniuriam/ſed maxime theodoro tormenta indignatus impoſuit. Porro theodoſius multũ gaudens ſillogiſmis ariſtotelis: philoſophiam exercebat operibus/ iram triſtitiã libidinemq deuincens: in nullo ſe vlciſci deſiderans. Dum igitur a quodã familiarium interrogaretur cur nullũ ſe ledentium morti ſubijceret: vtinam inquit eſſet mihi poſſibile ad vitam etiã mortuos reuocare. Quem dum alter pro ea cauſa requireret: nõ eſt inquit magnum neq difficile hominem mori. quia neq deo ſoli ſemel mortuum ex penitentia ſuſcitare. Sic eñ fuit clemẽs vt ſi qñ quiſpiam dignum aliquid morte cõmitteret: nec vſq ad ciuitatis portas morituros perueniebat: ſed eius clementia continuo reuocatio ſequebatur. Dũ aliquo tempore ipſe in amphiteatro cõſtantinopoleos expectaret: cepit clamare popul⁹ crudele beſtie artifex parabolis pugnet. At ille neſcitis inquit quia conſueuimus nos expectare clemẽter? Tanta eñ pietate precelluit vt omnes quidem deo cõſecratos honoraret: precipue tñ quos audiebat veneranda actione pollere. Fert autẽ quia dum cõſtantinopolim ẽps chebronenſis fuiſſet mortu⁹/ ſagum ei⁹ valde ſordidiſſimũ queſierit/ coq circũamictus ſit: credẽs ſe aliquid ex defuncti ſanctitate ꝓmereri. Cum aliqñ aeris tẽpeſtas eſſet ⁊ ille circumꝓpter populum expectaret: pleno circo tẽpeſtas vehementius agebat multo ymbre diffuſo. Dumq hoc fieret ſuam voluntatem imperator aperuit/ fecitq per preconem clamari qꝫ melius eſſet ſpectaculũ contemnere ⁊ omnes rogare deũ vt illeſi ab imminente tẽpeſtate ſeruarentur. Quo dicto cũcti deo magno gaudio ſupplicantes hymnos cõcorditer offerebant/ et tota ciuitas velut vna pſallebat eccleſia. In medio autem horum imperator exiſtens priuato ſchemate properabat. Nec ſpe ſua fruſtratus eſt. Repente namq aer ad ſerenitatem diuina clementia reuocatus: annum prebuit frugibus vniuerſis vberrimum. Si quando bella mouerentur ſecundum dauid confugiebat ad deũ ſciens eũ preliorum auctorem: iniquos orationibus ſuperabat.

Capitulum.xviij.

Poſt paululũ ita q tempus partici belli defuncto imperatore honorio/ conſulatu aſclepiodoti et mariniani auguſto menſe: qũo ioannem tyrannum deo ſe cõmittẽs ſuperauerit enarrabo. Sicut eñ tunc ſub moyſen hebreis contigit rubrũ tranſire mare/ talia etiã eius ducib⁹ euenerunt dum eos mitteret cõtra tyrannũ. Defuncto ſiquidẽ ſicuti diximus honorio principe cognoſcens theodoſius celauit factum: ⁊ alia dicendo diuerſorum ſuſpitiõibus obuiauit. Inter hec mittit magiſtrum militũ in ſalonas ciuitatem dalmatiarum: vt ſi qua bellorum commotio ꝓueniret circa partes heſperias vicinis adiutor eſſet. Quo facto mortẽ patrui patefecit. Inter hec ioannes primus imperialium cõſcriptorum nõ ferens ſuã felicitatem imperium ꝓtendit arripere. Mitſitq legatos ad imperatorem theodoſiũ petens vt eius ſuſciperet imperium. At ille legatos quidẽ recluſit in carcere mitſitq magiſtrum militũ ardaburium qui multum laborauerat apud perſas hic ſalonam veniens exinde nauigauit aquileiam. Contigitq ventum aduerſum flare ita vt tyranni manus incideret. Quo capto ſperabat ad neceſſitatẽ peruenire theodoſium: vt per hoc eum decerneret imperatorem ſi vellet magiſtrum militũ liberare. Imperator tñ vt audiuit factũ eſtuabat ne quid mali ardaburius ſuſtineret. Aſpar vero ardaburij fili⁹ B cognoſcẽs patrẽ a tyranno teneri multa milia barbarorꝫ in ſolatio tyrãni cõſiſtere qd faceret ignorabat. Quo tũc imperatoris orõne ꝓualuit. Angelus eñ dei ſub ſchemate paſtoris educebat aſparem: et oẽs q̃ cũ eo erant ac ꝑ paludem adiacẽtẽ rauenne ad loca ſperata peruenerũt. In ea nãq ciuitate tyrannus degens habebat exercitum vnde nullus aliqñ tranſiſſe fertur. Tũc de⁹ ergo inadibilẽ terram fecit adibilẽ. Trãſeuntes nãq per ſiccã paludis aquã apertaſq inuenientes ciuitatis portas tyrannum quoq detinuerunt. C Tunc ergo piiſſimus imperator reuerentiam quam circa diuini-

tatem habebat oſtendit. Dum eñ circuȝ
expectaret nũtiatũ eſt ei tyrannum fuiſ=
ſe peremptũ. Quãobrẽ ſermoneȝ fecit in
populo dicẽs venite ſi placet relinquẽtes
hãc volũtatẽ ⁊ pergentes ad eccleſiã gra
tificos deo ſoluamꝰ hymnos: cuiꝰ manꝰ
tyrãni ꝓſumptionibus obuiauit. Quo di
cto ſpectaculo ceſſante ꝑ mediũ circũ cũ
cti cũ eo cõcorditer gratias agẽtes ad ec
cleſiã conuenerũt ita vt tota ciuitas vna
videret eccl̃ia. Ueniẽteſqꝫ ad locũ oratio
nis iugi die gratias dño retulerunt.

¶ Explicit liber vndecimus.

¶ Incipiunt tituli libri. xij.

i De ortu valentiniani principis fi
lij placidie.
ij De bonis actibus attici conſtan
tinopolitani pontificis.
iij De ordinatione ſiſinnij ⁊ moribꝰ
ipſius et quia proclus ordinatus
cizici nõ ſit ſuſceptus.
iiij De ordinatiõe neſtorij ⁊ q̃ ſub eo
in eccleſijs mala prouenerunt.
v De epheſino concilio contra ne=
ſtorium.
vj Quõ ioannes anthiochenꝰ ciril
lum damnauerit.
vij De ordinatione maximiani con
ſtantinopolim.
viij Quãti epi ex alijs ad alias eccle
ſias ſunt mutati.
ix Quõ apud cretam quodã iudeo
dicẽte ſe eſſe moyſen plurimi iu=
deorum deceptione ſint mortui ⁊
reliqui facti ſunt chriſtiani.
x De magno incendio cõſtantino
polim facto ⁊ morte maximinia=
ni atqꝫ conſtitutione procli.
xj De cõuerſatione ⁊ moribꝰ ꝓcli.
xij De victoria barbarorum.
xiij Quomodo filia theodoſij valen=
tiniano ſit iuncta.
xiiij Quõ corpus ioannis epi ſit con=
ſtantinopolim reuocatum.
xv Quõ eudoxia vxor imperatoris
ad hieroſolymam properauit.
xvj Quia proclus thalaſſium ſenato
rem autoritate ſua ceſarie capa
docie fecit epiſcopum.

¶ Incipit liber duodecimus.

¶ Capitulum primum.

Bitur occiſo ty
ranno cogitabat theodoſiꝰ im
perator cui deberet heſperiaꝝ
regna cõmittere. Tũc valenti=
nianꝰ erat valde puer natꝰ ex matre pla=
cidia eius quidẽ amita filia ẜo maioris
theodoſij archadij ⁊ honorij ſoror de pr̃e
cõſtãtio q̃ ab honorio imperij iura ſuſce=
perat paruoqꝫ tp̃e cũ eo regnauerat. Hũc
ergo valẽtinianũ conſobrinũ ſuum ceſa=
rem factũ: mittit ad partes ytalie: cũ quo
matrẽ pariter placidiã eiqꝫ vniuerſaȝ di
ſpoſitionẽ cõmiſit imperij. Cũqꝫ voluiſſet
ipſe quoqꝫ ytaliã pergere vt conſobrinuȝ
ad imperij culmen eueheret: quatenꝰ ſui
vigore tyrannorũ remoueret audaciã: ve
niẽs vſqꝫ ad theſſalonicã lãguore ꝓhibi
tus eſt. Quãobrẽ coronã iperialẽ poſt hec
cõſobrino per patricium ſtiliconẽ mittẽs
cõſtantinopolim remeauit. Hec de talibꝰ
retuliſſe ſufficiat.

¶ Capitulum. ij.

Bitur atticus
epũs cauſas eccleſie ſapientis
mirabiliter diſponebat doctri
niſqꝫ populũ ad ẜtutis ſtudia
ꝓuocabat. Cũqꝫ videret diuiſam eccleſiã
cũ ioannite ſeorſum apud ſemetipſos ſa
cra ſolẽnia celebrarẽt: iuſſit vt in oratio=
nibꝰ memoria ioannis haberet̃ ſicut alio
rũ dormientiũ epoꝝ fieri cõſueuit. ꝑ hoc
ſperãs plurimos ad eccleſiam reuocare.
Largus aũt ſic erat vt non ſolũ pauperi
bus ſuarũ parrochiarũ ſȝ etiã in vicinis
ciuitatibꝰ multas pecunias ꝓ egentium
cõſolatione trãſmitteret. Calliopio nãqꝫ
ꝓſbytero eccleſie nicene trecẽtos aureos
dirigens hec ſcripſit: calliopio atticus in
dño ſalutem. Cognoui decẽ milia eſuriẽ
tes in ciuitate a pijs exhibẽda egere mi=
ſericordia. Decẽ milia vero cũ dico mul=
titudinẽ intelligo nõ perfectũ numerum
cõprehendo. Quia igitur ego quidẽ ha=
beo ꝓceptũ numeꝝ datũ ab eo qui manũ
habet munificam: ⁊ prebet cõgruis diſpẽ
ſationibus ⁊ cõtigit aliquos indigere ha
bentes non tñ qui neſciẽtes/ſuſcipiens o
chariſſimum mihi caput hos trecẽtos ſo
lidos expende ſicuti volueris: ⁊ maxime

illis qui petere confunduntur: et non eis
qui ꝓpter vite vētrem magis negotiant
ex talib⁹. Non igit vel religionem in hac
parte cōſiderare ſed vnā tantūmodo rez
obſeruavt nutrias indigētes: nec cogites
ſi q̄ noſtra ſunt ſapere nō videtur. Sic igi
tur atticus etiā procul indigentiuz habe
bat curam ſed etiā ſuperſtitionē aliquo-
rū ſtudebat abſcidere. Audiēs etem̄ no-
uatianos iudaicū paſcha ſequētes ꝓpter
ſabbatiū fuiſſe diuiſos: eiuſq̄ corp⁹ ab in
ſula rhodi vbi mortuus fuerat trāſlatum
et plurimos ad tumulū eius orare noctā
ter/mittēs in aliud ſepulchrū corp⁹ ſab-
batij iuſſit abſcōdi. At illi cōſuete veniē-
tes effoſſumq̄ reperiētes tumulū de cete
ro eū locū colere quieuerūt. Erat em̄ cir-
ca nola locoꝝ ſtudioſus. Nā dū quidam
portus in ore pōti euxini cōſtitutus ex an
tiquo farmacus appellaret. i. venenari⁹
mutato noīe eū locū ſenatoriū nomiauit
ne dū ibi collecte p̄dicarent noīe blaſphe
mo loc⁹ ipſe deſignaret. Sed et aliū locū
argyropolim ꝓ huiuſmodi cauſa nomi-
nauit chriſopolis. i. in capite boſſori con
ſtitutū. Huius multi antiquorū faciunt
mentionē de qua ciuitate xenofon in pri
mo libro helladicoꝝ dicit quia eam mu-
rauit alchibiadis ⁊ in ea cōſtituit vt qui
nauigabāt de ponto: decimas ibi prebe-
rent. Uidens ergo atticus locū in cōtra-
ria ripa chriſopoleos poſitū delectabilez
⁊ decoruz ait. Argiropolim noīet. Qui lo
cus ei⁹ repēte cognomē obtinuit. Igitur
quibuſdā dicētib⁹ ei nō debere nouatia-
nos intra ciuitatem miſſas facere. Neſci
tis inquit q̄ſtū nobiſcū in perſecutiōe cō
ſtantij atq̄ valētis fuerint paſſi qui etiā
teſtes ſunt noſtre fidei. Nā cū dudum ec
cleſia fuerit diuiſa iſti circa fidē nihil in-
nouauerunt. Pro epi ordinatiōe aliq̄n ve
niens in nicea aſclepiadē nouatianorum
vidit ep̄m valde ſenem interrogauitq̄
quot in ep̄atu annos haberet. Quo reſpō
dente quinquaginta. Felix inquit homo
es tanto tempore boni operis curam ha
bens. Super hec ait. Ego quidem noua-
tū laudo nouatianos non approbo. Tūc
aſclepiades. Quō hoc dicis epe? Uerum
atticus: illū inquit laudo q̄m his qui ſa-
crificauerāt cōicare nō voluit: hoc etiam
ego ipſe feciſſem. Nouacianos autem nō
laudo: quia pro vilibus vitijs laicos gra
tia cōmunionis excludūt. Aſclepiadis di
xit. Extra ſacrificādi inquit peccatū etiā
alia plurima ſunt delicta ſecūdū ſcriptu
ras q̄ ducunt ad mortem ꝓpter quas vos
quidem clericos: nos autez cōmunicare
etiā laicos ꝓhibemus deo ſoli eorum re
miſſionis iudiciū cōmittentes. Attic⁹ igi
tur etiā ſuā preſcripſit mortē. Nam cum
a nicea diſcederet calliopio p̄ſbytero di-
xit. Ante autūnū ꝯſtātinopolim venire fe
ſtina ſi viuū me denuo videre deſideras;
Si tardauer; nō videbis. Quo dicto mē
titus nō eſt. Anno nāq̄. xxi. ſui epiſcopa-
tus: decima die menſis octobris eſt mor
tuus: conſulatu theodoſij. x. ⁊ valentinia
ni ceſaris primo.

¶ Capitulum tertium.

Porro theo-
doſius imperator a theſſa
lonica reuertēs eius exe-
quias nō iuenit. Ante vnū
nāq̄ diez quā ingrederet
ille ſepultus eſt. Poſt paucos vero dies
i. viginti tres mēſis octobris nuntiatum
eſt quia valentinianus infulas ſuſcepiſ-
ſet iperij. Poſt obitū igitur attici fit ma-
xima de epi ordinatione contentio: alijs
alium poſtulantib⁹ quidam philippum
preſbyterū querebant: alij ꝓclū itē p̄ſby-
terū. Sed om̄is populus communiter de
ſiderabat ordinari ſiſinnium qui et ipſe
preſbyter quidē erat. In nulla tñ ciuita-
te ordinatur ſed in ſuburbano conſtanti-
nopolis cui nomē oliua eſt miniſtrabat.
Hoc ſuburbanū eſt poſitum cōtra faciem
ciuitatis vbi dies aſcēſionis ſaluatoris
ſolēniter celebratur. Hūc ergo virum om
nes laici diligebant pro ſui reuerentia: ⁊
maxime quia fouebat paupes vltra ſui
menſuram. Preualuit ergo votum laicō
rum ⁊ ſiſinnius ordinat⁹ eſt viceſima octa
ua die februarij menſis: conſulatu ſequē
ti theodoſij duodecimo et valentiniani
iunioris ſecundo. Philippus autem pre-
ſbyter cui prepoſitus fuerat ſiſinnius in
hyſtoria chriſtiana in qua triginta ſex li
bros ipſe conſcripſit ordinationem ſiſin-
nij valde lacerauit derogans ordinatō

et pariter ordinātibus ⁊ maxime laicis.
Is em̄ philippus a ioanne ep̄o dyacon⁹
ordinatus: multa quoq̧ cōſcripſit cōtra
iulianū imperatorem/ cuius tñ hyſtoria
mihi multam videtur habere confuſionē
et nō ſatis prodeſſe legentibus. Siſinnio
igitur ordinato contigit epm̄ obire cizice
num. Tunc ſiſinnius ꝓclum in cizico cō-
ſecrauit: qui anteq̄ ꝑficeretur ad cizi-
cum ciues recedētes palmacium mona-
chum ſibimet ordinarunt paruipenden-
